





NATIONAL LIBRARY OF MEDICINE


Bethesda, Maryland


















Richard Tenhouse


MS B 253


5109.50
April, 1972


Unus
et Liberis
Richardi Tenhouse

ms
B
253









2

Caput 1.^{um}
De Structura Corporis sani
Problemata.

H S

1. Corpora nostra duabus constant partibus viz solidis & fluidis.
2. Solida continent in se fluida, suntq; ita inter se unita ut nulla pars assignari queat cujus cum reliquis connexion immediata vel mediata demonstrari nequeat; Vena quippe est Vas lymphaticum Arteria coherent mediante Glandula que ab Arteria oritur, Omnes vero Arteria aorta ad nascuntur, que & ipsa cordi adnascitur, Cor autem Nervosum nec non Arteria ascendenti ope ferebro unitur. Cerebrum intorim Cerebello adhaerescit, illud rursus Medulla spinali.
3. Omnes corporis canales aliquo modo cum utroq; cordis Ventriculo communicant.
4. Ventriculus cordis sinister communicacionem habet cum Arteria magna, haecq; ita derivicatur & dispergitur, ut nullum corporis punctum assignari possit ad quod portio aliqua dictae Arteria non pertingat, quo fit ut Cavitas à corde usq; ad singula corporis puncta continuatur.
5. Omne corporis punctum eorum liquorem intra se contentum, versus dextrum cordis Ventriculum transmittere potest, si modo Vasa secretoria excipiamus, qualia sunt (a) Vasa Sudorifera (b) Vasa perspirabilia Panctoriana (c) Vasa oculorum unctuosum liquidum distillantia, (d) Vasa mucosa (e) Vasa Aesophagi, Ventriculi, Intestinatorum, (g) Vasa Seminalia.
6. Omnes corporis canales certa quaedam liquida continent, modo corpus bene se habeat; Cum ergo canales inter se comunicent, liquida quoq; inter se comunicare necesse est, hinc Agitatio que in una

Liquidorum parte excutatur reliquis omnibus com-
municari potest.

Omnia Corpora ^{Quamvis} Liquida intra Canales regulariter
moverentur, tamdiu sanus est Homo, quandoquidem vero motus
iste irregularis est, vel in aliqua parte cessat, aegrotat Homo,
si autem omnino & in omnibus partibus cessat Motus, Moritur.

Sanitas itaque consistit in equabili motu fluidorum
simul & aequabili resistentia Solidorum in omni parte
ades ut inde sit nullus doloris Sensus.

Capitulum 2^{um}

1. Ex dictis patet Morbum esse illum sive Solidorum sive
fluidorum statum in quo quaecumque de causa aequabilis
ille Motus quolibet in loco turbatur, impeditur vel sist-
itur, Morus vero dicitur cum Motus iste ubique cessat.

2. Medere exinde est tollere de corpore Morbum, i.e. causas
aequabilem Motum sive transfusum impediunt, remo-
vere et expellere.

3. Medicamenta vocantur Instrumenta illa Mechanica
quorum ope Artifex potest causas tollere ablati aequi-
libri idemque restituere.

4. Medicamentum ergo supponit fluxum liquidorum
adeoque agit solummodo in corpore vivente, non vero
defuncto, fluxu illo privato.

5. Cum Medicamentum supponit corporis vitam, que
pendet à trajectu liquidorum per Solida, patet id
agere in liquida sive Solida adhuc mota.

6. Hinc Medicamentum non agit in Cadaver.

7. Omne Medicamentum mechanice effectus suos pro-
ducit vi vii soliditatis, molis, figure, Motus particularium
suarum.

8. Actionis Mechanice effectus est mutatio figure, motus
molisque Corporis.

9. Hinc in Morbis curandis non immediate & mediate a-
gunt instrumenta illa vii Medicamenta.

10. In quantum actionis effectus vel boni v. mali omnino
deperdet à mole, motu, & figura particularium agentium,
à Solidis solummodo deducenda aequilibrii antedicti destructio.

11. Triplici modo destruitur fluxus aequilibrium, (a) liquida
ablatione (b) Solidorum superficie liquida interne comprim-
ente, v. ex aliqua causa externa comprimente (c) ex vi
contractili ipsius solidi.

De Fluidis

Fluida constant moleculis minutissimis que tactu levi
ipso facile cedunt, & in se invicem adsistant.

25
2. Cum liquor nullus extravasatus reperiat in nostra *Machina*,
necesse est ut omnis liquorum mutatio fiat in vasis sive Sol
idus cavis, idque triplici modo (1) motu in toto fluido (2) a motu
extrinsecus communicato, sive a lateribus Vasorum (3) a novi liquidi ad
mixture.

De Natura Solidorum.

1. Solida s. duplicia, viz v. cava, v. cavitate destituta, cava
vocantur vasa.

2. Nullum est in corpore punctum q. non sit vasculare, prout
experimentis probari potest. (a) Nulla enim corporis pars afig
nari potest cujus ex vulnere quantumvis minuto, quale
infligi solet ex aciculis oculibus, muscarumq. rostris, non efflux
ur sit liquor (b) deinde docent Microscopia pustulas istas sive
vesiculas fluido turgentes quae ex santharidum applicatione in
qualibet corporis parte excitari solent, nil aliud esse q. m
congregationem plurimorum exiguorum Vasorum in unum, tunc
temporis coarctis. (c) patet quoque esse perspiratione sane
toriana, quae licet subtilis adeo sit ut oculum Microscopio
armato fugiat, tamen speculi humido-spirabili
madescens observari potest.

3. Imo ipsa opa constant ex congeries plurimorum Vasorum
liquido repletorum. q. ex arteriis minutis in illa deponit. si
enim Cera in Arteriam Subclariam injecta, opa brachij
statim rubescunt, Cera quippe injecta sanguinem magna
quantitate propellit in perostem, indeq. in Opam superfi
ciem quae cum sanguine turgat, necesse est rubescit. Sim
ili ritu compositum est Albumen Oculi vasculare sanguiferum
spe Microscopij ope eadem detecta est. Structura n. Mem
branis tenuissimis, unguam & cornuum radicularis, & in partibus
omnibus minutis, q. si ita se habeat in partibus a corde remo
tissimis quanto magis expectandum est in iis quae proximae sunt

4. Omne Vas habet cavitatem & Parietes qui conflantur ex vasis
minoribus, quorum latera adhuc ex minoribus, & sic deinceps
donec pervenitur ad Vasa minima & ultima, quorum cavi
tates adeo viles sunt ut liquorum ingresum non ad
mittant & revera pro nullis haberi queant. confirmat hoc

1. experimentis Ruyschij. si enim Cera rubra magno im
petu injiciatur Arteriae, ejus superficies undiq. rubescit.

2. In Animalibus laqueo strangulatis, Sanguis qui per Ar
terias Carotidas fluit impedito per venas transit retro
greditur inq. vasis minimis stagnans eadem inflat et
rubedine inficit. 3. Idem apparebit in Animalis viventi
Arteria stricte ligata.

5. Minima vasa determinatam habent magnitudinem alias

in infinitum dividi possunt, adeoque omnia corporis nostri et
nosmet ipsa determinant.

6 Determinatio Vasculorum oritur a continua Pressione improprie
in nostram Machinam, si enim excedit vim Resistente
tiam quam habet fluidum contentum statim collabunt
Vasorum latera, unde sequitur Soliditas; sic enim Vasa
majora nempe Vasa Umbilicalia, foramen Ovale & in Stamina
paucis post partum diebus facepunt. Sic Ungues & Cor
ua oriuntur ex Arteriolarum extremitatibus consolidatis, alii
quoque ortum suum plurimorum vasorum compactioni debet
7 si in majoribus Vasis hoc fieri soleat, quanto facilius
id minimis accedere potest?

7 Latera ultima, hoc est, latera ultimorum Vasculorum omni
um Canalicum, sive Arteriarum sunt, sive Venarum sive Vasa Lymph
atica, sive ductus adiposi, sive quocumque vasorum nomine
veniunt, sunt nervosa nervisque simillima & in iis fit nut
ritio vera Solidorum.

8 Hinc & ultima omnium Solidorum in nostro corpore Stamina
sunt mere nervosa, sive conflata ex Solidis que ex
compactis nervis v. consolidatis hinc tubulis (exceptis illis
partibus que ex coagulatis liquidis concreverunt, quales sunt
Concretiones polyposae lapideae &c) constant. et hoc satis
probari potest, detegente enim Malpighio primum corporis
nostri principium labe tantum vermis, qui in thoro primum
constituit medullam spinalem, hinc accrescunt Bullae quinq;
limpidae quae fiunt lobi Cerebri, quibus accrescunt oculorum
lobi, deinde ex medio istius fornice emergit Tubus incurvus,
qui postea quatuor acquirit inequalitates, quae sensim in
curvantur, et fiunt for, sensim deinde fiunt Integumenta Thor
acis & Osprum, deinceps deducuntur Hepax, Lion & tandemque
oriuntur Stamina mucosa totum corpus involventia, unde
patet omnia Stamina solida procedere ex Spinali med
ulla; Et si moles Cerebri & Spinalis Medullae conferatur
cum mole reliquorum omnium Solidorum, horum Moles
non major appareret quam ut oriri possit a Cerebro et spi
nali Medulla; porro cum omnia sint Vasculosa, omnia
vasa oriuntur ex tendinibus cordis, hi ex nervis filamen
tis constant, Omnia quoque Integumenta Glandularum
Viscerumque ex Integumentis Vasorum sanguiferorum ori
antur, Omnia fiunt ex Membranis sensim in Cartilagineas
inde in Ospram Substantiam indurescentibus. Mem
brana utrorum ex adunatis vasis minimis quae ex
Nervis, liquido constat quamlibet totum corpus

partem ipse nervosam unde sequuntur duo Corollaria.

Cor. ^{1^{um}} Omne corpus agit in Solidas corporis nostri partes, illud itaque impingit vel in Subj. nervos, vel in partes ex nervis consolidatas concretas.

Cor. ^{2^{um}} Ergo omnis Vis Medicamentorum quatenus agit in solidas, agit quatenus applicatur ad Nervos sive ad ea quae ex Nervis coaluere.

Proprietates Nervorum.

Theoremata.

1. In Vasis minimis Proportio Solidi ad fluidum contentum, eo magis increscit, quo Vasa tenuiora fiunt, hinc partes exteriores sunt magis solida quoniam copiosissimis & tenuissimis constant Vasis.

2. Quo minora sunt in Corpore nostro Vasa, eo puncta contactus inter latera Vasorum & Superficiem fluidorum praeterlabentium multiplicantur magis, in minimis enim cuiuslibet fere Globuli superficies impingit in latera Vasorum.


3. Quo vasa minora evadunt, eo magis vis Solida in fluidum increscit, quo vero majora sunt, eo magis diminuitur illa Vis (per vim intelligimus facultatem communicandi motum) Demonstratio sic se habet constat esse Mechanice quod est enim paribus vis Solida cuiuslibet Massa ad vim calterius cuiuslibet Massa solida se habet ut Moles ad molem, porro sicut Vis ita quoque resistentia unius Corporis se habet ad resistentiam alterius uti Moles ad molem, modo cetera sunt paria, cum ergo proportio Solidi ad fluidum contentum eo magis increscat, quo minora sunt Vasa sicut in primo Theoremate, hinc Theorem: veritas in Liquido est.

A Vis Solida ultimi in liquidi contentum non aliud est quam visus iste quo sese coarctare conatur, per istum enim visum liquidi motus promovetur, quo enim magis Vasa elongantur, eo magis vim suam in fluidum exerunt. idque haec de causa, quod

quo magis elongantur, eo magis quoque artantur, quod sic demonstratur.

Sint A, B, C, D lineae B, C, D

duae in infinitum pro-



tensa, Sintq; A, B, C

BC sibi invicem parallelae, item CE et DE tum

ex puncto D ad E ducatur linea DE , patet

ex Euclide quod Parallelogrammum $ABCD$

aequale sit parallelogramo $BCDE$ item quod

triangulum BCD aequale sit triangulo BDE

latera vero Parallelogrammi BCD minus

ab invicem distant q^m latera Parallelogrammi

$ABCD$, et latera BC et E minus q^m latera Tri-

anguli BCD , idem quoque demonstratur de

Cylindris & conis, quae generantur circumvolvendo

plana ista circa latera homogenea, sum

ergo omnia forporis Vasa sint vel cylindrica

vel conica, liquidò constat ista Vasa magis coar-

tari quo magis elongantur. Omnis ergo vis minimorum

liquidorum in solida sua perhibet a vi quae

vasa ista coarctat.

¶ Omnium Vasorum majorum vis oritur ex aggregata

minorum Vasorum vi, Omnis enim Arteriae

vim habet à lateribus suis quae composita sunt

a minimis Vasis.

¶ Omnis Nutritio sive Restitutio perditae, omnis

aceretio, sive Augmentatio fibra solida fit eo

modo in minimis Vasis nervosis, non in mac-

poribus, quoniam Augmentatio majorum omnino

dependet ab extensione minimorum lateraliu;

indeq; sequit Medicamenta omnia qualiacumq;

sint sive replentia sive evacuantia sive det-

orantia in partes istas ultimas solummodo

agere.

¶ Omnis Mutatio Fluidorum fit in Vasis minimis

visq; minimorum Vasorum debetur, aliquatenus

tamen pendet à Natura ipsorum liquidoru;

¶ In omnibus lateribus canalium flexibilitatem

haeret vis qua partes ad se accedere se mutuo


tendant quo breviores fiant, eaq; in omni fibra

puncto reperiuntur.

¶ Illa vis compescitur a punctis quibus sus-

tinetur fibra, nempe a liquido distendente

10 Vis hae vere et physice agit eo tempore quo quiescere videtur fibra. v.g. In figura 1^{ma} sit A punctum quoddam fixum cui suspensa haeat Chorda musica, A. B. itaq; D pondus Chorda appensum eamq; plurimum distendens, in puncto C applicetur aliud pondus leve ea Conditione ut vis Chordae superet vim ponderis hujus ita ut ab eo non omnino aut saltem qm minime inflectatur, his positis abscinditur Chorda inter puncta B. et C. cultro acutissimo ita ut ab ictu motus nullus chordae imprimatur, Pars superior AC sese statim contrahet, et pondus E ali quantulum elevabit, patet ergo quod Chorda ante divisionem vim suam contractivam exerceret, licet propter pondus appensum semet actua-



ades contrahere non potuerit. In figura 2^{da} sint A. B. duo fixa puncta inter qua Chorda sit summo opere tensa, Chorda huic ad puncta C. D. affigantur duo fila C. F. et D. E. quorum extremitatibus annectantur pondera F. et E. quae a mensa G. sustententur, sintq; H. et K. duae trochleae quae Chorda A. B. levissime perstringat, his positis discindatur Chorda in puncto D. tum pars Chordae AC. sese contrahens pondus F. supra Trochleam H. elevabit, et altera pars D. B. pondus E. supra Trochleam K. elevabit, Eadem e contractilitas, prout in fibra transversim secta videre est, sese etenim versus puncta sua fixa contrahit, indeq; est quod Vulnera Cris inflata hiare solent.

11 Vis illa qua quaelibet cris pars sese contrahere conatur aequilibratur ab alia vi antagonista, habent enim omnes ptes vim illam contractilem, cumq; versus puncta trahunt, sunt sibi in vicem antagonista.

12, Virtutis hujus contractilis aequilibrium

in cre nostro dependet ab equali influxu liquidis, ejusq; impulsu in omnes ptes, ita ut eas aequaliter distendat.

13. Quicquid ergo mutat momentum influxus liquidis alicubi ita ut non aequaliter fluat in omnes canales, et quicquid tollit aequilibrium Resistentia in Canalibus, idem aequilibrium tollit in toto Corpore, unde duae st aequilibrij dicti causas, viz Canalium resistentia, & fluidi influxus.

14. Simul ac in aliqua Corporis pte tollitur aequilibrium, mutationem quoq; subeunt s. in illo loco dein per totum corpus motus oscillatorij, sive motus illi qui fiunt dum Canales aliqui amplius solito extensi sese contrahunt, hocq; pendet a praevalentia resistentia supra vim Influxus liquidis, et destruitur quandoeunq; vim resistentia superet vis influxus.

Concl. Ergo potest omnium virium summa derivari in unam ptem, adeoq; in ea pte motus quondam novum apparere constat.

Caput. 1.^{um}


De Aeribus.

1. Oscillatorij in cre motus aequilibrium nunq; magis tollitur qm quando aere quodpiam se insinuat intra eorum minimi vasculi, ejusq; lateribus inhaeret fixumq; manet.

2. Aeria prout docent Microscopia constant esse plurimis Stylis in acumen desinentibus sive se episdem in aciem dispositis instar Cultri aut Gladij: unde in parvis punctis resistentia rodere pungere seind ore instar canci possunt.

3. Si Aere infisum st lateri alicujus vasculi, tota illa vis influentis liquidis, quae in varia lateris puncta agere solebat, jam in puncto illud determinatur in quo fisum est aere

hinc consulsio illius Canalis: Sic demonstrat
 A B C est vasculi alicuius. portio in qua linea descrip-
 ta liquidi p Canalem fluxum determinant,
 Linea ex D. ducta impingit in E. qua ex F
 ducitur impingit in G, & sic porro, et haec linea
 omnes hic ponuntur tanquam liquida equali
 vi influentia & impellentia puncta in qua
 impingunt, eaq; equaliter distendant, ergo
 Canalis sit contractilis, ista puncta sese eg-
 ualiter contrahunt & impulsui resistunt,
 sicq; conservatur Motus oscillatorius. *¶* Si sup-
 ponamus Corpus aliq; aere uti H I. vasculi
 lateri in puncto I infigi, nequaquam ab influ-
 enti liquido removere poterit ex puncto
 illo, quoniam quantum premitur a pte B
 H tantum reprimitur ab H C, hinc omne qd
 intor B H continetur fluidum ruot in super-
 ficie H I. qua sustinebit omnem illam vim
 qua a tota longitudine ab I ad K eusq;
 omnibus punctis sustineri debet, tota vero
 vis qua superficiem H I. imprimatur communicatur
 puncto I, quod cum Canalis flexilis sit, cedere debet,
 utpote plus presum qm reliqua eiusdem lateris
 puncta, cumq; Canalis elasticus sit quo plus prem-
 itur eo majori cum vi restituitur, unde fit ut motus
 oscillatorij aequilibrium destruat, vasculumq;
 in motus convulsivos agatur: Corpora qua hunc
 motum producere possunt st praecipue Sales aereos,
 volatiles & fixi, & Metallorum particula corrosiva
 qua cadunt propter figuram quam habent eius-
 modi V, et non quatenus fluida s' quatenus
 solida afficiunt. Et haec demonstratione haec se-
 quuntur veritates.



1 Quo Particula infixa rigidior, sive minus
 flexilis e et quo altius infigitur, eo peior & vehement-
 ior futurus e effectus; indeq; e quod Metallorum par-
 ticula in figuram redacta, uti in Mercurio sub
 limato—

(2)

corrosivo & præcipitato rubro &c. in Corporibus nostris effectus multo vehementiores obtinent q̄ particula quæcumq; ex vegetabilibus v̄ animalibus d̄rompta. At enim hæc multo rigidiores, & proptor majorem gravitatem altius vasorum lateribus infiguntur.


2. Quo gravior e particula, eo vehementior e v̄ effectus, diutiusq; permanebit propter r̄eem modo allatam.

3. Ceteris paribus quo vis fluidi in pte B̄i major e, eo vehementior e particula infusa effectus, eozq; altius infigitur, unde sequit̄ q̄ vis s̄rdis plurimum faciat ad aere hoc v̄ excitandum in motum stimulantem.

A. Ubiq; humorum in vasa influxus cepit ibi quoq; perit omnis tum medicamentorum tum venenorum vis, indeq; e quod causticum ægri ad extremitatem redactis, et iam iam morituris, in quibus sic humorum circulatio non nisi in partibus cordi vicinis fiat, ad motum v̄e aut ne vix quidam agit, cum idem erans ac vegeto applicatum intra 24 horum operetur.


In Cadavere ergo ubi omnia quiescunt particula infusa nullum sortitur effectum.

Q̄ Liquida in vasis cylindricis aque ac in conicis per lineas parallelas feruntur, ideoq; particula aeris infusa eundem in cylindricis ac in conicis habet effectum, sed mitiorem, vis enim liquidi particulam infusam prementis tanta non est in cylindricis vasis quanta in conicis; fluida quippe in figura (mea) hoc e incurrentia in particulam fixam ad P, eadem paululum versus Q̄ præsa (quod facile fieri possit quomiam ab altera pte non resistunt liquida ut in conicis) transdunt versus D̄ ubi aequali priori A C̄ spatium inveniunt, in conicis non item, nam in figur 3^{da} fluidum q̄ ex pte C̄ in particulam P̄ puncto P̄ in fixam incurrit, post transitum spatium Ḡ E non invenit spatium aque capax ac illud ex quo fluebat, adeozq; hic major nixus & præsa e liquidi v̄ter fluxendum versus P̄. q̄m fuerat in cylindro.



ponamus in figura 3^{ta} contrario & in verso motu
vena considerabitur, liquidum fluens ab A B
non nisi paucis particulis impinget in par-
ticulam E. F. puncto F inficium, quam quidem
versus G aliquatulum impellet, liquido ab
ea pte non resistente, & facile satis pertrans-
ibit, quoniam spatium H E. eque fere capac
e ac A B; vis itaq; imprefa particula a fluido
incurrente in hoc casu fere nulla e, unda acria
in solida nullibi minus agunt qm cum cavo
applicantur ex angusto in latum abeunte
talia s^t vero vasa venosa omnia.

7 Si Aere lateri vasis extorne adheret idem
secuturus e effectus ac si intorne
adharesceret punctum enim C a
liquido influente et Canalem A B
aquabiliter premente necessario
debet distendi, idcoq; particulam aeream adhar-
entem D premit & contra eam nititur cum vero
hoc ob pressionem v. Atmosphaerae v. altorius
causa cedere nequeat, necepe e ut vasis latus
penetrat, motusq; fluidorum equabilem im-
pediat, tali modo agunt Emplastra omniaq;
stimulantia extorne applicata, hinc inferri
mus. medicam^{torum} actionem consistere in re-
motione impedimento motus aequibrati
fluidorum.



8. A praedicta positione particula sola reli-
quis omnibus in statu naturali manentibq;
altorari & praeturbari possunt Secretiones,
dilatari Canales, vis concupiva laterum au-
geri, motusq; oscillatorius destrui.

9 Secretio est separatio & derivatio unius
liquidi ab alio; omne liquidum constat ex
particulis minutis solidis, & mixta e liquid-
orum moles quam maxime, ut in Chemia
patet, confundi possunt variae solidorum
species quae mixtum liquidum constituunt,
et ex iis rursus fieri possunt Solida; Ad se-
cretionem s^t necessaria, s^t applicatio

(19)

liquidi ad Canaliculorum orificia, 2^o dictorum orificiorum determinata magnitudo, 3^o vis sufficiens ad liquidum intra Canales impellendum. Jam si particula aeris infixa afficeret ut Canales v.g. renales plus solito dilatentur aut angustiores fiant, particula fluidorum majores aut minores solito pertransibunt, hinc urina excreta variatio, quandoque enim limpida, quandoque crassa apparet. Si vero particula aeris eoque prematur donec Canalis latus perforet, vulnus Canali infligetur particula aeris magnitudinem exaequans, quod per contractionem fibrarum adeo parulam fieri potest, ut fluidum in Canali contentum per idem exire queat, hincque stillicidia, salivationes, aliisque quamplurima evacuationes non naturales in Corporibus nostris eveniunt, nempe ubi vulnus vasis satis magnis infligitur, quod si foramen in vasis alit quibus valde minutis, qualia sunt pulmonalia nonnulla fuerit ex tali vulnere, liquidum in eodem modo tenuissimum effluet, quod colore rubro minime donatur, quoniam ruptura sive apertura raro ampla adeo fit, ut transmittere possit globulos rubros appellatos, et supponimus eiusmodi esse aëria ut nequaquam globulos istos queant depolvere.

10. Hinc Tumor et inflammatio oriri possit in loco & partibus vicinis, liquidum enim a corde prepu- sit in latera vasis impactum, omnes particulas suas, quae apertura respondent, per eandem urgebit, haecque partes vicinas prementes tumorem simul & inflammationem in vicinis excitabunt, Sic in Morbis plurimis observamus 1^o Dolorem a punctura particularum aërium oriri, Dolor enim nihil aliud est, quam separatio partium fibrillae nervosae vi aëris particulae perpetratae, hancque separationem statim sequitur tumor,


quo exorto, sive qd idem e effluxo liquido cepat dolor
uti in Podagra, odontologia &c observare licet.

11 Liquida quae ibi haerent & stagnant suam
sequuntur naturam, hoc e, inter stagnandum
putrescunt, acria fiunt, & alcalinum volatili
praebent haecq; acrimonia liquidorum apta
illa reddit ad vasa nostra depolenda.

Ex dictis patet Medicamenta acria effectus
suos in vasa nostris producere partim vi propria
substantia & figura, partimq; vi motus fluidorum
in eadem arrestantium, quiescente quippe liquido
nullus sequitur effectus, utcumq; aptum sit med
icamentum ad effectum producendum, qd hoc ex
emplo illustratur; Scalpulum digito applicatum,
licet satis aptum sit ad secandum, nil tamen
agit, dum ibi manet immotum, motum vero
statim vulnerat; sic et aere nil agit nisi
ab influentis liquidi motu ad agendum excit
etur.

Capitulum
De Viscidis

1 Viscidum e quod vasis lateribus tenaciter ad
haeret, ita tamen ut propter latam suam super
ficiem penetrare nequeat. Si enim superficies
eset adso parva ut vasis latera perforare
posset, inter acria eset numerandum.

2 Lateribus vasorum dupliciter adherere pot:
viscidum, 1^o ut latera tangat non nisi ex una
parte, ut ad A, 2^o ita ut latera
undiq; pertingat uti ad P.C; haecq; 
particula effectus in utroq; casu
in figura opposita demonstratur; Sit A B par
ticula quadam viscida lateri vasis adeo tena
citer adherens ad A, ut a liquido pene urgente
et secundum lineas E F et G H incurrente inde
moveri nequeat, Sustinebit omnem illam liquidi
influentis vim quae sustinenda erat a pte lat
eris inter A & H comprehensa, adeoq; pars
lateris cui particula insidet recedet versus
D, utpote magis prepa quam reliqua partes
eiusdem lateris, & quo plus recedet, eo ma
iori vi sese restituet, unde tollitur Har
monia sive aequilibrium motus oscillatori
in illo vase, hinc oritur dolor obtusus qui

in omnibus fere morbis viscidis sentitur, viz, a
 pressione ortum ducens. Supponamus jam in
 loco 2.^o viscidam particulam ita adherere, ut
 ut vasis latera undiq; pertingat, uti ad B.C.
 ejus effectus considerari possunt & respectu ip-
 sius vasis cui inhaeret & respectu vasorum
 lateralium; respectu prioris ejus effectus erit
 totalis obstructio istius vasculi, simul & laterum
 distensio, particula quippe a fluido retro urgente
 eousq; propellatur donec fiat equilibrium inter
 vim liquidam & vim resistantiam quam habent vas-
 culi latera, quo semel effecto, particula manebit
 immota vasculi caecitatem penitus obturans, sim-
 ul et illius latera distendens; q^d autem equilibrio
 tandem aliquando sit futurum inter vim fluidi
 & resistantiam laterum inde patet, q^d vis flu-
 idi continuo minuitur, resistantia vero augetur
 & fluidi vim minui constat ex eo q^d quod lon-
 gius a fonte recedit eo tardius movetur, laterum
 vero resistantiam augeri manifestum facit eas
 itas vasculi in progressu suo semper magis
 magisque minuta, sive distantia laterum semper
 minor facta; Vasculi enim conici portio angust-
 ior non potest ad eandem amplitudinem distendi
 ac major portio, nisi major adhibeatur.

§ Haec de effectu quem habet particula vis-
 cida in ipsum vas cui impacta est, videamus jam
 quid facturum sit respectu vas-
 culorum lateralium; Particula vis-
 cida A.B. vasculo impacta idemq;
 obturans impedit quo minus fluidum vergit versus
 canalum lateralem C.D., illum autem nequaquam in-
 gredi potest, quin simul dilatet, ex illius aut-
 tem dilatatione augetur vis contractilis et con-
 sequenter motus oscillatorius vehementior evadit,
 indeq; fluidi cursus velocior; et hinc est q^d
 in febrilibus frigus statim excipiat calor.

A. Ex dictis patet maximas mutationes in
 corpore oriri a fluidis quatenus in solida
 impingant, eaq; destruant, non autem a sol-
 idis tanquam causa prima fluida afficientes.

De Natura Liquidorum.

19

Omnes qui sunt in Corpore nostro humores originem ducunt a Sanguine, quo itaq; naturam illorum intelligimus, hujusce. Natura prius est investiganda, sensu percipimus Sanguinem in Omnibus Animalibus, hominibus, quadrupedibus, piscibus, Volatilibus, reptilibus eundem esse & ex tribus hujusce partibus constare, nempe

1^o Ex Aqua ferè insipida, et aliquantulum odora, qua igni reposita in Vapores abit, minimè vero coagulatur, fetidum inter evaporandum probens odorem, quæq; Salia omnia euruscuq; generis dissolvit, unde sequitur eam non esse Spiritus-salinam ut nonnulli volunt Chymici, Spiritus enim Olea tantum non vero Salia dissolvunt, præterea Spiritus omnes produunt, vel fermentatione, ut Inflammabiles, vel putrefactione ut Maeri sive salinis; deinde Aqua hæc sanguinea, uti et omnis Aqua vi frigoris in glaciem concrevit, & calore admoto in aquam iterum resolvit, Spiritus enim vim frigoris maxime intensi eludunt.

2^{do} Ex ea parte qua toti rubedinem conciliat, quæq; caloris non minus ac frigoris vi in Massam rubram firmam tenacemq; Insulam dictam reducit, Si Sanguis è Corpore extractus in Vase quolibet per aliquod temporis Spatium qui scere permittatur, avolat primo pars Aquosa, tanq; subtilissima, deinde separatur Serum, quod quo copiosius sit eo minor evadit Insula, & quidam post tres quatuorve dies pars rubicunda penitus evanescit, in Serum nempe conversa, & hoc Serum, Si Sanguis ex corporibus morbois depromptus fuerit, quandoq; nigro, flavo aliore colore non naturali donatur, hæc nudo oculo observantur: Microscopiorum ope ulterius detectum est Sanguinem constare particulis Sphericis in fluido limpidò natantibus, quæ in vasis majoribus figuram suam Sphæricam retinent, & rubrae apparent, sed versus angustias vasorum ovales fiunt, atq; a rubedine ad fluorescentiam deflectant; præterea compertum est unam quamq; Sphæricam ex sex alijs constare minoribus, & harum quamlibet ex sex alijs, & sic deinceps, quibus ab invicem

seperatis statim vanescit color earum ruber, ista
 Separatio fit in minutis solammodo vasis, & in
 hunc finem instituta videtur, nempe ut Succus
 nervosus & Lympha subtilissima exinde fiant;
 haec Sphacularum separatio quam rubedinis van-
 escentia sequitur per medicamenta vehemen-
 tia procurari potest.

Ex dictis sequitur calorem non esse causam
 conservantem aequabilem fluxum Sanguinis,
 calor quippe Sanguinem extravasatum inspissat,
 praeterea manet fluidus in piscibus quorum Corpo-
 ra sunt frigida idem vero extravasatus grum-
 escit aequae vel humanus.

Causa fluxum conservans in Sanguine non est ali-
 quid Sanguinis proprium, sed enim ex natura San-
 guinis videtur eius fluiditas, tam maxima est
 ubi maxima Sanguinis copia nempe in Vasis
 majoribus, sed in istis maxime fieri solent co-
 agulationes, uti liquet in Cadaverum venis.

Actio itaque Solidorum in quibus fluit Sanguis
 est causa fluxus Sanguinis, est parte etenim Sol-
 idorum actione, cessat quoque Sanguinis Motus,
 & hoc sequenti experimento confirmatur, si
 tempore brumali Rana torpida aut Vesperilia-
 nis Arteriola adhibito Microscopio conspiciantur
 Sanguis in eisdem in grumos plane concretus
 apparebit, & si Animal igni admoveatur quo
 calefiat, tamen Sanguis iste grumescens nun-
 que resolvetur, nec prius moveatur quam for-
 se se contrahere inciperet, et autem moto mov-
 ebatur et Sanguis, & tandem post varios
 Cordis ictus fluiditatem pristinam recuperabit
 vide Lovenho:

Sanguinis Proprietates sunt vel generales
 quae nempe alijs liquidis competunt, vel spe-
 ciales; Dotes generales sunt

1^o Quod ut omne liquidum potius pateatur
 partes quasdam à se avelli quam totam
 massam moveri.

2^o Quod conditiones ^{illae} adsint quae ad fluxum

necessaria sunt, nempe

1^o Tenuitas maxima partium relative ad nostros Sensus, hoc est, partes habere, adeo exiles ut earum una aliqua singularis tactum partem visumque fugiat.

2^o Cohesio inter partes tam levis ut facilitate separari possent.

3^o Omnium partium equalis gravitas.

4^o Motus projectilis quo fluidum a latere premente versus aliquod punctum defertur.

Liquida omnia in corpore nostro circulantia e Corde proveniunt, in quo sunt multo magis spirituosae & aquosae quàm in reliquis vasibus, ex Sanguinis enim e Corde immediate de promptu decem uncias, plus quàm uncia quinq; aquae simplicis separari potest, unde Sanguinem constat maximam ex parte ex aqua componi.

Hae pars aquosa mutationem patitur tribus ex Causis profluentem, nempe a Salibus, à parte serosa, a parte rubicunda, & à Salibus.

Aquae particularum minimarum & ultimarum vires determinari nequit, sunt enim aequae pellucidae ac aer, ideoque visum fugiunt Microscopiorum, adeoque exiles sunt, ut per meatus plantarum nullo modo visibiles transiant, imo Machina Proyleana docet eas transire posse per poros ipsi aeri impervios, unde concludimus maximam Sanguinis partem ob fluiditatem et exilitatem ad motum aptissimum esse: Gravitas Aquae respectu aeris est ut nulle circiter ad Unitatem, sed primum quoque proprias facultates explicemus ex quibus sunt proprietates liquidis peculiares haec sequentibus quatuor Capitibus comprehendantur, vel potius ex eisdem dependent, et inferuntur.

1^o Quilibet particula fluidi nostri est determinata sua et propria Moles, figura, & Soliditas.

2^o Quilibet particula sua est vis determinata sive momentum, quo sua ipsius ab alijs quibus adhaeret particulis separationis resistitur & in concretionem tendit.

3^o Quilibet Particula sua est specifica Gravitas. *projectilis quo fluere urge*

4^o In liquidis nostris varij sunt gradus motus projectilis, quo fluere urgentur per rectam lineam.

Respectu quatuor horum Predictorum varij modis fluidorum nostrorum particula peccare possunt

1^o Respectu molis idq; dupliciter, possunt enim nimis magna, & nimis tenues esse, itaq; medicamenta, quae in utroq; hoc sanguinis statu conveniunt, sunt resolventia, & Coagulantia.

Si corpus aliquod sanum morbosum evadat esse eo quod sanguinis particula nimis crassa fiant, causa morbum producens necessario erit interna non vero externa, quicquid enim foris ingreditur, ex venis ibi deponitur quod exiret aut per Arterias, quicquid autem vnas intrat vel ex Vasis lacteis vel lymphaticis vel vasis absorbentibus profluit, sed oscula vasorum istorum minus patula sunt quam confinia Arteriae & Venae, sive plexus reticularis per quem sanguis transit ex Arterijs in Venas ut docet Microscopium, ideoq; particulae per Vasorum lacteorum & absorbentium oscula in Venas & inde in Cor delata adeo exiles sunt ut mole sua sanguinis fluiditatem impedire nequeant, et quidem observavit Sponhoecchius Phlegm. particulas utriusque Lymphae multo minores esse partibus sanguinis rubicundis, hoc ideo respectu nullus fere Liber Corpori sano nocivus esse

potest, cum particula nimis crassa vasa abhor-
rentia ingredi nequaquam possit, ideoque Vitium
hoc esse causa est, morbi interna.

Quo sunt Particularum auctarum effectus
nempe 1^o liquidum circulatio impedita, deinde hu-
morum, qui secerni debuerent, secretio destructa,
Cum vero Vasa ex Arterijs oriuntur dupliciter,
vel ortu directo uti Venas, vel obliquos seu
lateraliter ut glandulae sive vasa secret-
oria quae Arterijs. Et venis minora sunt,
si Particula Sanguinis solito fiant crassiores,
ea quae secerni debent orificia glandularum
nequaquam ingrediuntur, sed per rectum trami-
tem in Venas transibunt, sicque perit secretio
Vasaque Secretoria propter defectam liquidi
distendentes collabuntur, Quod si tanta sit
particularum crassities, ut etiam venas in-
trare nequeant, impeditur circulatio, unde
varij Morbi tandemque Mors ipsa. Omne ergo
Medicamentum quod ad molem particula-
rum auctam sanandam adhibetur talis esse
debet ut Sanguinis moleculas in Arterijs iuncta
vasa secretoria dividere possit, quae propterea aut
nulla aut efficacissima sunt proponenda. Med-
icamenta, ad haec in hac causa aptissima sunt
Mercurialia & Salia globulos Sanguinis min-
uentia, Morbi qui ex hoc vitio oriuntur pra-
ecipui sunt Hydrops omnes Morbi inflam-
matorij &c

Particulae Sanguineae nimis nimis dicuntur
cum ad tantam viscositatem redactae sint,
ut vita & Sanitati tueri prorsus impares
sunt. Hujus Vitij Cause sunt duae una nem-
pe externa, quando Canales admittunt for-
puscula nimis tenuia, altera interna, quae
potest esse liquidum quoddam nimis dis-
solvens.

Ejus Effectus sunt duo nempe Circulationis acceleratio, & vasorum secretiorum arescentia. 1^o enim sanguis nimis quoad particularum suarum molem imminutus, facilius multo esse Arteriolis in venas quam in Vasa lateralibus angustiora transire potest, ac proinde uberiori jam Copia se met in easdem conferet, exinde etiam magis dilatantur venae, & quo magis dilatantur eo se vehementius contrahunt, Unde sequitur Circulationis Acceleratio, major partium attritus et Calor, Sanguinis Subtilizatio & ruptio e vasis suis. 2^o cum in hoc Sanguinis Seta nulla aut saltem paucissima particulae vasa lateralibus ingrediuntur, illa non amplius extenduntur, sed exsiccantur, coalescunt, tandemque Stamina fiunt, unde sequuntur Plethysis, Macies, & varij morbi Chronici ideoque Remedia ad hoc vitium Sanguinis corrigendum aptissima sunt & regulantia qualia sunt terrestria item absorbentia & exhalantia.

2^{do} Respectu figurae, et hac ratione dupliciter peccare dicuntur Sanguinis Particulae, vel enim nimis acres vel nimis obtusae sunt, licet revera figura eorum obtusa nullos malos producat effectus ac proinde pro vitio non sit habenda. Acres in Sanguine nostro particulae duobus ex fontibus proveniunt, vel enim in Sanguine ab extra derivantur vel in ipso generantur.

Quae veterne adveniunt vel per pulmones vel per Oesophagum, vel per Cutem externam sive per Vasa absorbentia intromittuntur, quae per Pulmones introeunt admodum mala sunt, utpote subtilissima, solidissima & fere immutabiles; Quae per Oesophagum admittuntur sunt vel in fenis contenta, vel minerales ^{est} venosae, quae eo semper sunt peiores, quo duriores uti antedictum est, quae per Cutem

transcunt valde nociva quia subtilitate magna donantur uti docent Sancharides et Mercurius.

Particulae aeres quae in ipso sanguine generantur sunt ex quo propter attritum nimis vehementem ac obtusis & viscidis aeres evadunt, iste vero attritus duobus fit modis nempe 1^o à liquidis stagnantibus indeque putredinem contrahentibus, 2^o in liquidis nimis vehementer circumactis absque attritione curuslibet liquidi blandioris admistione, primum varijs experimentis constat, si enim hominis sani sanguis per aliquot dies detineatur, fetidus, acerrimus, & urinosus, plene evadit, unde patet sanguinem eodem modo ac aquam stagnando putrescere, promovetur quoque haec putredo per Calorem et teporem adhibitum, namque ea ratione particulae aeres fiunt; Quod si motus nimis fiat violentus, tum particulis aqueosioribus exhalatis, quae remanent coalescunt tanquam frigore condensatae; Hinc ex nimio calore aequae ac frigore oriuntur Schirri, ex motu vero lento putrefactiones oriuntur in nostro corpore.

Quod vero sanguinis particulae aeredinem ex circulatione nimis violenta contrahant, vel inde liquet, quod si homo sanus curus secreta & retenta nihil aeredinis habeant sed admodum insulsa sunt, febris ardenti corripiciatur, sanguis illius ex accelerato cordis motu & transitu per minima vasa impedita magis pressus & attritus magis magisque aeris evadat pressus, tum si non adhibeantur diluentia, donec ad istam tandem aeredinis gradum pervenit, ut vasa & viscera evadat, Aphthasque & inflammationes internas non nisi magna diluentium copia curandas producat, hinc ex circulatione nimis accelerata radix mala

profluunt; quae ex venenis aeribus ingestis oriri solent.

3^o Soliditatis respectu dupliciter quoque peccant Languinis Particulae, nempe vel excessu vel defectu, prius vero quam de his agamus de Soliditate in genere dicenda sunt.

Per soliditatem volumus eam Corporis proprietatem, quae vacuitati propriae opponitur et unumquodque corpus eo solidius esse censetur, quo minores & pauciores poros inter particulas suas interceptas habet.

Experientia compertum est Corporum gravitatem eorundem Soliditati semper proportione oralem esse, adeo ut si duo sint corpora magnitudine aequalia, pondere vero diversa, nece est ut sint plures vacui meatus in uno qm̄ in altero. Nō Nullum datur corpus Mathematicè solidum.

Corpora solidiora diutius motum suum ser vant quam minus solida, haec nempe Causa q̄ via eorundem motui resistens, quae a fluido ambiente oritur, ceteris paribus eorundem superficiibus semper respondeat, quapropter cum in corpore magis solido plures sint materiae particulae sub eadem superficie quam in corpore minus solido, omnino sequitur corpora magis solida difficilius sisti quam quae minus sunt talia. Haec de Soliditate in genere.

Effectus Particularum nimis solidarum in sanguine duo sunt, nempe nimia sanguinis subtilizatio & motus oscillatori perturbatio.

1^o Particula nimis solida & sive expulsa majorem ceteris motum concipiunt (quantitas enim motus cujuslibet corporis oritur ex velocitate ducta in molem, quae propter particulas illas quibuscum erant simul expulsae discrepantes in alias impingent, atq; hoc in petri easdem dissolvent, & nimis bubules reddent.

2^{do} Siquidum nostrum e corde expulsum per
 lineas parallelas impingit in latera vasorum q
 si equaliter ubiqz fiat, ubiqz equaliter distendunt
 illa vasa, si vero una linea majori vi impingat
 quam altera, motus oscillatorius perturbatur (vid
 Caput 3^{ium} Theorem: illum.) hoc autem necessario
 accidet, si in aliqua linea particula continentur
 nimis solida, hinc Vasa extenduntur & ampli
 antur, & Siquidis cursus perturbatur, unde Polypi
 aliqz obstructions facile oriuntur. Harum par
 ticularum origo externa est, quatenus scilicet
 Particula nimis solida extrinsecus adveniunt

Remedia graviorum sive solidorum particu
 larum debent constare particulis equè gravi
 dis ac sunt fluidi nostri particulae; tamqz
 animalium, Vegetabilium particula ultimo
 resolute sunt fere ejusdem gravitatis cum
 fluido nostro, sive ut 25 ad 26. Marum
 usu Corpus in statu sano conservabitur, cum
 demqz, si modo amissus fuerit, recuperabit
 quae vero graviora sunt uti Phosphorus oleaqz
 crassa ex Animalibus deprompta, Salesqz fixi
 e vegetabilibus extracti, acida Metallica, nec
 non sulphurea quaeqz graviora supradictos
 soliditatis producant effectus, ideoqz in statu
 isto morboso vitanda sunt.

Alterum Particularum Sanguinearum vi
 tium respectu soliditatis est, quod non adeo
 solida sunt ut esse debent. Stupus vitij
 effectus est inertia sive ineptitudo ad mo
 tum, sive impotentia istis particulis mor
 endi alias solidiores, unde sequuntur Len
 tores & Cohesiones.

De Vitij in tota liquidortu
 mapa simul spectata parentibus.

Absolute particularum fluidi nostri histo
 ria ad totam mapam considerandam nos
 met accingimus,

Ut aliquod corpus fluidi non creatus duo
requiruntur, 1^o ut sit in particulas admodum
minutas divisum; 2^o ut Particulae illae facili-
ter ab invicem seperari possint.

Nostrum fluidum dupliciter peccare potest,
nempe 1^o nimia particularum suarum Cohesi-
one, 2^o earundem dissolutione nimia.

Cohesio nimia quae alias Lentor dicitur or-
iri potest vel a nimia partium angulari-
um magnitudine, vel a nimia earundem
ad cohaerendum conamine.

Hic Lentor si contingat in Vasis majoribus,
Cordis Auriculis aut Cerebri ventriculis, Brevis
fit Polypus, qui Massa solida est Corium por-
cinum representans, & eo solidior quo diutius
duravit; Saepe invenitur Polyposa conre-
tio in Caputibus eorum qui Laqueo inter-
sunt, in ijs enim Sanguis, refluxu eius
per venam magnam impedito, in ramos lat-
erales regurgitat, ij autem nimis angusti
sunt ad totam Massam transmittendam, unde
fit ut pars tenuior solummodo transeat, re-
pulsis crassiori quae ex novi Sanguinis
adventu aucta tandem Canales istos
obruit sub Polypi forma.

Si Lentor in vasis minoribus contingat,
oritur Inflammatio, quam comitantur Pul-
satio & dolor, quorum prior inde fit quod
Sanguis Lentescens qui in Arteriolis haeret
a Sanguine pone urgente protrudatur
posterior autem inde est, quod vasculorum
latera plurimum distendantur unde doloris
Sensus; Hoc in Casu Sanguinis in Arter-
iolis haerentis pars tenuior quandoque
per vasa lateralia minima exhalat,
nimirum si non sunt obstructa, aliter
enim pars liquidior putrescit, unde pus-
tulae, Gangraena &c.

Si vero in Symphticorum orificio primo sive lato lentor adsit, colligitur materia quaedam gypsea, sive dura obrationem modo dictam, scilicet quia per laterales raper hic loci copiosos defluit pars liquidior, Polypus hic albus si ad Symphticorum extremitates protrudatur oritur Hydropus simul et Oedma, vasis utpote liquido suo pellucido distentis, quae si rumpantur, quae si rumpantur, statim oriuntur Haemorrhoides, Anasarca, Haemorrhoides quoque non raro ob situm & stagnationem acridinem contrahentibus, Apostemata & Gangraena; quod si lentor ille in extremitatibus vasorum istorum haereat Mafase cerpitur limosa & turbida, putrefactione vasa dissolvens, tabumque nec non epus effusa producit.

Si in Vasis nervosis fiat lentor, oriuntur morbi nervorum proprii, forsitan quoque Apoplexia sive Sensuum Abolitio; hoc vero raro accidit, quia nervorum liquidum sive Spiritus nunquam potest vel frigoris vel caloris vi coherescere; Nervi vero externi afficiuntur compressi scilicet a vasis arterioli nimium distentis, unde insensibilitas & immobilitas non raro oriuntur.

Causae Lentoris in nostro liquido sunt variae nempe

1^o Exhalatio partis fluidioris, hinc in venis sanguis tandem manet fluidus quamdiu in illas sese exonerant vasa lymphatica.

Remedium est restitutio liquidi avolati.
2^{da} Causa est quilibet caloris gradus qui naturalem corporis nostri gradum Caloris excedit, quique quantum est Thermometri ope

cognosci potest; Hic Spiritus tenuiores, evaporando Sanguinem inspissat, & revera talis liquor calore manente nullo Artificio tolli potest, nec Spiritus Salis nec oleosi et similibus; Calor iterum ejusmodi partes istas tenuiores cohibet etiam vase manente clauso, uti patet in Sanguinis digestionem.

Hinc in omnibus morbis inflammatorijs nimis Calor maxime cavendus est, uti in Variolis & Metu. vid. Inspirationis

Idem Caloris effectus scilicet Inspiratio loci habet in omnibus nostris liquidis exceptis excretorijs ut Urina Sudore, & quibusdam secretorijs, ut Succo pancreatico, Bile, Saliva, mucos quae quidem aliquo modo coalescunt, sed iterum facile dissolvuntur.

3^{ta} Causa est frigus immensum quo congelare potest liquidum nostrum, si enim hominis sani Sanguis aeri frigidissimo exponatur, sperabitur pars crassa in Insulam, aquea vero sive ~~serosa~~ in glaciam convertetur, uti patet in hominibus frigore extinctis; attamen omnes Sanguinis Secretiones non congelantur, uti aqueus humor oculi, qui nunquam Bile et serum difficiulter, facile vero Saliva; Urina autem partem suam spirituosam in medio fluidum conservat, dum pars aquosa congelatur.

Morbi ab hoc frigore mirifici dependent, observatum enim est carnes congelatas putredinem statim a frigore concipere. Homines enim in Norvegia ita congelantur ut nasum, digitum absque doloris sensu divellunt

4^{ta} Causa est quidam humoribus superinducta, quae in iisdem fere omnibus praesertim arteriosis coagulatur, producit

Si enim homo sanissimus subito corripitur

metu, oritur statim pallor & frigus, & si passio
 vehemens sit, diuq; perseueret, Stupor, Liquidi
 defectus in Cerebro nec non motus privati, sive
 Obstructiones sive Coagulationes humorum in
 visceribus quibusdam contingant, quasi in
 Corde fiant, palpitationes producant, idq;
 usu venire solet, in hominibus animi deliq;
 uio saepius passis, hi enim, postquam per ali
 quod temporis spatium, forsam horoquad
 rantem, sensu motuq; privati iacuerint,
 intor refocillandum incredibiles plerumq;
 anxietates circa Cordis regionem sentiunt;
 Cor quippe tunc temporis motu accelerato
 & quasi reduplicato magnam Sanguinis
 Copiam in Ventriculis suis vasis superin
 cumbentibus stagnantem inde pelleri, con
 atur indeq; illius Palpitatio; quod si
 massam Sanguinis inde removere nequeat,
 oritur Polypus tandemq; Mors ipsa.
 Hæc causa est corporum plurimorum sang
 uinem coagulantium admixtio; Sic acida
 omnia igne violento ex Mineralibus dis
 tillata Sanguinem subito coagulant, lep
 tius Spiritus Salis, omnium lentissime sed
 validissime oleum vitrioli & Spiritus Alum
 inis, quæ tamen si venis impiciantur sang
 uinem illic coagulant, idq; ob laxitatem
 & amplitudinem Venarum in for usq; & pul
 monarem Arteriam devolutus brevi Animal
 suffocat; Observandum est vero, quod omnia
 acida non inspissant Sanguinem, Nitrum
 enim, & Sal Urinae Sanguinem diluunt, &
 uti et Acetum aliq; Spiritus acidi Veg
 etabilium; Salia alcalina vundem nonnun
 quam inspissant nonnunq; diluunt, Nonnulli
 Spiritus etiam Sanguinem coagulant.

ut Alcohol vini, qui licet à nonnullis pro
tenuissimo diluente habeatur venis in
jectus omne liquidum vitale coagulat.
Ista & ultima causa est motus nimius
itemq; in Vasis minimis obstructio, in om-
ni autem Arteria obstructione *distendit*,
vas, tandemq; perseverante obstructione
rumpitur, inde sequitur liquidioris San-
guinis partu extravasatio.

Hæc aptitudo seu Proclivitas ad coag-
ulandum non est quid morbosum, verum
Proprietas Sanguini in Statu sano in-
hærens; Experientia docet quod quo
magis sanus sit homo, & citius & facilius
Sanguis illius extravasatus lentorem in-
diat, cum e contra Agri quamplurimi
habent Sanguinem fluidissimum, præ-
sertim Leucophlegmatici, imo hominum
nonnullorum in Mortis Agone versantium
Sanguis nequaquam coalescit.

Omnis causa illam concretionem promo-
vet quæ vehementissime agit in Sang-
uinem, qui enim exercitijs violentis
dediti musculos suos plurimum movent
Sanguine crasso donantur.

Hactenus de nimia Sanguinis tenaci-
tate, proximo jam loco de qua nimia flu-
iditas consideranda est, cum vero hæc
dependeat à nimia suarum partium
tenuitate de qua antedictum est non
necesse est ~~non necesse est~~ ut in ea
explicanda tempus teramus; Sufficiat
observare fluiditatem Sanguinis nostro,
si modo opus sit, conciliari posse vi
salium volatilium, ex Unguibus, fœnibus,
medulla, alijsq; Animalium partibus ex-
tractorum;

Aqua quoque larga copia injecta optimè
 solvit & attenuat; uti & Aeria ligna Guaiaci,
 Sassafras & item Salia omnia fixa, quorū
 graviora eo meliora; hinc si Aurum reddi
 potuerit fluidum absq; gravitatis dimi-
 nutione vel molis incremento, optimum esset
 dissolvens.

Caput 4^{um}

De Gravitate Sanguinis.

Gravitas Corporum nil aliud est quam
 visus eorundem descendendi versus Centrum
 terrae, estq; semper proportionalis Corporū
 soliditati.

Sanguis dum in Corpore circuletur calidus
 est et rarefactus, extractus autem e Corpore
 frigescit, & inspissatur, ideoq; gravitatem
 illius respectu molis exacte non possumus
 investigare, sed in varijs regionibus tam
 calidis quam frigidis, Sanguis, simul ac e
 Corpore profluxerat, ponderatus sese habuit
 ad Aquam salisam ut 2,6 ad 2,5; Serum autem
 habet ad eandem aquam ut 300 ad 253,
 adeoq; Serum gravius est Sanguine una 6^{ta}
 circiter parte, quod videtur experientia
 adversari, cum Serum Insula supernatet;
 hoc autem inde procedit, quod partes in
 sulam componentis vi frigoris simul et
 attractionis mutua in massam magis soli-
 dam & compactam coalescunt, prout inde
 patet, quod et Insula ista & Serum simul
 sumpta non occupant tantum Spatium
 quantum occupabant ante eorundem Sep-
 arationem.

Sevitas nimia in Sanguine haec non
 est compta, is enim ponderatus ubiq; aqua
 salisam pondore excedebat una vice prima
 sexta parte, si vero daretur, poterit

oriri ab aquosis, & spirituosis omnibus, hæc enim aqua salsa sunt leviora.

A Partibus vegetabilibus consolidata & mineralibus gravior fit Sanguis, quod optime conspicitur in Scorbuto lento, Sanguis enim in eo Casu compactus & salinus plurimum est, Urina vero gravissima, hoc fit ab abundantia Salis muriatici, qui in debita copia optimus est & ad vitam omnino necessarius, Si vero quantitate excedat, periculosus producit affectus.

Corpora quæ Sanguine sunt graviora uti Salis fixi, integra per Urinam excreantur, ita Sal marinus immutatus prodit in Urina, opus usus est Sanguinem deluere.

Hinc gravia Medicamenta venenosa frant quatenus destruant, sive Secretiones nimis augent.

De Motu Projectili.

Per motum projectilem intelligitur liquidorum per vasa circulatoria, cumq; ab eo morbi plurimi, Vita, Sanitas, & Affectus dependant, opera pretium erit videre quid auget, quidve diminuat aut depravet hunc Motum.

Augetur motus projectilis a motu proprio aucto, sic in homine currentes plurimum augetur, oritur enim pulsus frequens, Sudor, Sitis, Anhelitus omniaq; febris Symptomata quæ cito evanescent, quiescente homine, at si in cursu ultra vires persistat, omnia prædicta vehementiora evadunt, simul et inflammationis species totum corpus occupat, Urina a Medico, inspecta febrientis specie putatur, Si secretum nimis diu continuatur revera oritur Morbus.

Ita quoq; ex eodem motu diminuto sepe non raro oriuntur morbi cujus diminutionis causa

est plerumq; Tristitia: Sic si homo satis hilari
inter epulandum nunciam accipiat magni
alicujus Infortunij, subito percussus dolore
pavidusq; liquidis suis stagnationem super
inducit unde statim oriturus sit Morbus
nisi magna diluentis copia protelatur: Ari
ratione plurimorum morborum causam
esse vel Incrementum vel diminutionem
motus projectili fluidorum comperimus

Causa primaria motus hujus projectilis
est Cor, Si liquida nostra a Canalibus per
quos fluunt, non resisterentur, nec Canalium
Continuitas interrupta esset, tum semel mota
semper moveri continuarent; Sed datur re
sistentia in Canalibus, igitur non sunt continui,
prope Cor enim liquida Sinum venosum & aur
iculas ingrediuntur, ubi per aliquod temporis
spatium quiescunt, cum vero nullum corpus
sese movere potest, necesse est, ut liquida
nostra motam de novo accipiant a Causa
quadam externa vim suam ibi exercente,
ubi motum amisissent; Causa autem ista est
Cor, quod Musculus est solidissimus, figura
sua representans Helicem, cuius opice, uti
docet Mechanice vis debilis incredibilem
resistentiam superare queat.

Pretor hanc causam primariam datur
quoq; & altera, Etq; Vasorum elasticitas sive
vis illa qua eorumdem latera a liquido
influyente distenta esse in pristinum statum
restituunt; Fluidum enim a corde vi magna
in Arterijs adactum easdem statim dis
tendit, haec cum elastica sint vi cordis
cephante esse statim restitunt, & quidem
eo majori cum vi quo magis distenta fue
unt.

Sanguinis a corde exortus sive motus
ejus projectilis ipsius cordis Actioni, non

vero motus intestino Sanguinis, uti nonnulli
 videntur, debetur, quod sic probatur.
 Liquida, quae angusto loco contenta & coer-
 cita inde vi motus intestini partium suarum
 per foramen apertum prorumpunt, & in mo-
 tum projectilem aguntur tripliciter suum
 consequuntur effectum, nempe 1^o Si partes
 in motum satis violentum elevantur vi
 Caloris; sed calor sufficiens ad istum motum
 producendum in nostro corpore non datur,
 licet enim Sanguis in nostro corpore extrac-
 tus ad eundem Caloris gradum promovatur,
 quem habet Sanguis noster in vasis nos-
 tris contentus, nihil tamen inde sequitur
 praeter ipsius putrefactionem; Pisces
 praeterea Sanguinem frigidum habent,
 qui nihilominus circulator, eoque calefacto
 ipsi moriuntur.

2^{do} Liquidam in circumstantiis supradictis
 positam in motum projectilem agi potest
 vi partium suarum elastica, nimirum
 si liquidum aliquod elasticum in vase
 undique clauso condensaretur, aperto
 foramine statim pars eius prodiret, id
 autem minime locum habet in Sanguine
 quoniam eius elasticitas ab Atmosphaera
 Corpus circumambientis pondere compensatur
 adeo ut sese nequaquam expandere possit ad
 motum projectilem producendum: Praeterea
 Sanguis in vasis contentus eadem visus elas-
 ticitatis expandere nequit ab incumbens
 Aeris rectorum pressione, ergo cum elasticus
 sit secundum corporum elasticorum naturam
 vim suam exercet ubi minor est resistentia
 hoc est, versus Cor premit, in eoque con-
 tinetur ejusdem fluidi portio qua aequa
 li vi agit ac proinde nullus inde sequi-

potest effectus.

38

3tio Vi fermentationis procurari potest liquorum projectis talis autem Sanguinis in corde abutitio que fermentatio dicitur nunquam observatur in corde. Circulatio Sanguinis tripliciter acceleratur, 1^o a Cordis tetuum frequentia, 2^o ab eorumdem robore, 3^{ta} a Mole sanguinea aucta manentibus iisdem Cordis ritibus quia tota eodem temporis spatio circuitum perficit, quem absolvere debet minor Copia, Velocitas enim dependet a pressione unius particule in aliam.

Circulatio retardatur 1^o ab imminuta vi Cordis, 2^o a vasis luxioribus & minus elasticis, 3^o ab ineptitudine ipsorum liquidorum ad motum Sanguinis itaque velocitatem augent, 1^o que actionem Cordis fortiozem reddunt, qualia sunt Medicamenta omnia generis nervosum irritantia, uti olea aromatica, Metalla (Crystalli, alcalina, caustica, salina etc, que ad circulationem promovent, non quia fermentum Sanguinis inducunt, sed quia vasa per se stimulant motusque oscillatorios adaugent, 2^o de Animi affectibus violenti et calefacientes, uti Ira furor. &c. 3^o diuturna musculorum exercitatio, nam ex frequenti musculorum actione motus Sanguinis in vasis inter musculos satis promovetur, 4^{to} respiratio inhibita que si sepius storata, maxime facit ad accelerandum motum Sanguinis. Cause circulationem retardantes sunt modo traditis contrarie

De Medicamentis

^{no} Cum, variarum partium Naturam et morbum varia requiruntur medicamenta, ideo enumeranda & examinanda sunt. Horum nomina

Clasēs, naturas, vires, et Actiones in quibus
agendis ordo duplex observari potest nempe
vel

1^o Enumerando ordine alphabetico sin-
gula quaeq; simplicia una cum eorum vir-
ibus usu &c, hoc vero Methodus tanq^m minus
utilis recipienda

2^{do} Simul enumerando omnia illa medicamenta
quibus eadem attributa eorundemq; effectus con-
venire ex naturali historia constat, Haec
methodo Galenus primus usus est (et post
ipsum alij plurimi, ut Dioscorides ac deinde
omnes Botanici) reducens: medicamenta
omnia ad certas Clasēs, & vires omnium medi-
camentorum quadruplices esse statuit
nimirum

1^o Vires medicas elementarias

2^{do} ———— Materiales

3^{to} ———— Singulares sive specificas

4^{to} ———— Substantiales incognitas experi-
entia sola cognitās

1^o Quid per vires elementarias voluit
statum patebit mente eius cognita, dicit
vero quod in rerum Natura illud quod
unum corpus ab alio distinguit, dicitur
qualitas; ergo quot sunt qualitates, tot
diversa Corpora, haec autem sunt quatuor
nempe humidum, siccum, calidum, & frigi-
dum, quae propter Corpora omnia ad
quatuor clasēs reducit, cum vero istae
qualitates raro seorsim & sygillatim in-
veniuntur, ideo quatuor illarum combinati-
ones

temperamenta dictas addidit videlicet

- Calidum et humidum
- Calidum et siccum
- Frigidum & humidum
- Frigidum et siccum

Corpora quae unam ex quatuor simplicibus qualitatibus possidebant, elementa vocavit, quae exinde quatuor videbantur si videlicet, Aer quia siccus, aqua quia humida, ignis quia calidus terra quia frigida.

Ex dictis videbantur ipsi omnia composita corpora, & pro ratione illarum qualitatium agere

Idem affirmavit de medicamentis, hinc illorum vires in quatuor classes sunt distributae

Ex his quatuor equali quantitate commixtis, conflata Elementa vocavit uti et Corpus elementatum, & a predominio cuiuslibet Elementorum morbos oriri aperuit, gradus esse quatuor ostendit, secundum quos hoc illudve Elementum predominaretur.

Medicamenta quae corpori sano applicata nullam mutationem in eodem producebant primi gradus esse dicit, e.g. vicia et Rosa frigida & humida in primo gradu stela sunt; haec tamen in frigido morbo nocere possunt.

Secundus gradus est, quando medicamenta corpus sanum aliquo modo afficere

vel mutare, cadere autem non possunt.

Tertius gradus est, si vis eo accedat, ut sanum corpus non destruat, sed ipsi nocet & morbosum reddat, hæcque Medicamenta adhibenda sunt, quando Morbus in eo gradu ægrum occupat.

Quartus gradus est deleterius, ut in Euphorbia & venenosis, quæ si applicentur corpori, illud ita afficiunt ut Mors sequatur.

2^{do} Materiales vocavit illud cuius non nullæ vires dependet a proportione quadam inter eas & materiam ex qua gen-
dantur, adeo ut videatur statuisse qualitates ante materiam existentes, hincque distinguebat vires materides ab Elementaribus tanquam corpori proprias, hasque manifestas vocavit, quia compositæ sunt & composita magis conspicua sunt quæ simplicia, Materia enim componitur ex duobus elementis ad minimum, idque conspicua magis est quæ ipsa elementa

Secundum dictam expositionem herba emolliens dicitur lascare & emollire viresque materialibus, calofacere vero vi elementari sive calore

3^{to} Vim specificam pendere voluit ex duobus præcedentibus varijs modis inter se combinatis, eoque Medicamenta hæc vi præstita esse voluit, quæ peculiari parte propria sunt, aut peculiari sicuti operationi destinantur, talia sunt purgantia quæ

qua specificam liquorum, uti serum bilium, morbos
& purgant, qua cicutricant, quaeve carnem
generant, ea omnia agere dicit propter vires
specificas. 39

4^o Per vires substantiales incognitas voluit
eas qua nulla alia ratione investigari potuer
intu praeterquam saeporificas, talis est vis opij
soporifera, qua nec est eius humiditate, nec
Calore, aut frigore, aut stecitate sed experiundo
colligitur. Galenus itaq; in eo erravit, quod per
illos qualitates solas conatus est omnium Medi
camentorum effecta explicare, q; cum non pot
uit in Venenatis, Alscipharmacis topicis &
divina ea & ingenita appellavit, praeterea
erravit in eo qd quatuor tantum qualitates
admisit, cum plurimae aliae sint

Medicamentum est Corpus q; Corpori nostro
viventi applicatum, statum eius morbosum tollit
omne Medicamentum considerari potest vel

- 1^o Quatenus in solida sola agit vel
 - 2^o Quatenus in liquida sola agit v.
 - 3^o Quatenus in utraq; simul ac proinde
- ad has tres Classes generales omnia reduci possunt
Qua in solida agunt, agunt & e
- 1^o Proprietates eorum alterando v e
 - 2^o eadem e corpore educendo

Omnia fere Medicamenta tum in solida q; in
fluida agunt, nam vise alterari possunt fluida quin
simul aliqua ratione solida afficiantur & vice versa
attamen actiones Medicamentorum quatenus respu
ciunt fluida considerari possunt non consideratis
is quatenus solida respiciunt, et e contra, pari
plane ratione qua Mathematici corporis longi
tudinem solam considerant nulla ratione hab
ita vel superficiem vel soliditatem, licet sepe
atque non existant; ut sequentia clarius in
telligantur praemittenda quadam Theoremata
1^o Siquis solus externus & pure mechanicus motus
pot. omne mutationis genus in corpore nostro producere

Quod ullum adhuc medicamentum producit, ponamus enim hominem perfectum sanum plumbam in naribus leniter agitare, non potest ille uno momento, se contineri absque motu corporis convulsivo, eisdem fluxura, tremulatione &c. si consideremus quanto Muscularum numero, videtur fieri tremulatio, admirabimur causa levitatem, ista enim actio peragitur motu violento muscularum, Scapulae, Abdominis, Diaphragmatis, Thoracis, Pulmonum &c. praeterea si actio perseveret oritur liquidorum expulsio universalis, nempe ex proprio Lacrymarum, Urinae, Salivae, oris Palati & asperae arteriae, haereticorum, urinae, &c. hinc absque ulla calido frigido siccis & Sulphure, Salinis & similibus potest sola applicatione centisimae partis grani Euphorbij intra Nares, oruntur graves convulsiones durantes, Cephalalgia, Urina & Alvi excretiones involuntariae Vomitus, Status febrilis aliisque dira Phenomena tandemque Mortis.

De se. quomodo tanta mutatio in corpore nostro, fiat a levitate motu, quid non fieri potest si interiora corporis afficiantur? Patet hinc levissima corpora sumopere in solida agere quae fluida corporis nostri, cum nullum corpus possit in solida agere nisi fluida simul afficiat, & contra, tamon distinguuntur corpora in ea quae immediate sive primario solida, fluida vero mediate & secundario afficiant, & vice versa. Ex hoc mechanico motu omnia nostra liquida licet in eis vel interne accedat mutare posse patet, prout ex casu memorato constat.

Quod solo motu Spirituum Animalium mutato absque ulla impressione a corpore vel externo vel interno contactus ope communicata oriri possunt omnes effectus quos in re medica quilibet Medicamento describere potest. Ponamus enim hominem ceteroquin sanum irritationi Generis nervosi, sive passioni Hystericae obnoxium, hinc in beatae ori sanitate deti occasio Irae, metus, Tristitia, summa statim oritur mutatio in ejus statu, nam quod antea per poros cutis ad pondus circiter 5 Librarum hororum arigenti quatuor spatio perspirare solebat, jam mutato cum per Pores viam sibi quaerit, qui etiam turbantur vase trajectoria, secretoria, & excretoria; Quis iam rogit aliquid diureticum, quod tantis polleat viribus; praeterea liquor modo dictus excretus non est urina, sed mera Lympha sive Spiritus odore & colore urinae in seipsum, parte retenta, Per irritationem Homines nonnunquam in Diarrhaeam se metu concipiunt unde meticalosi Praecipites, et a peritanti ex Ira quoque magna copia bilis.

(A1)

reperitur, Sudores ex metu non raro exoriantur ab
objecti nauseabundi aspectu v. fabula nauas-
bunda narratione, his primo oritur ructus, hinc
ea, Saliva expressio, ventriculi Convulsio, vomitus,
et nonnunquam alii Sudorisq; excretio; omne quoq;
evacuantium genus, solo Corporis motu insueto ex-
citari pot: Sic 1^{ma} vice Navigantes, sive jejuni, sive
cibus repleti sint, pallidi primo fiunt et anxi,
paulo post eructant, vertigine corripiunt, tan-
demq; vomit; Hinc patet Machinam nostram
adeo comparatam esse ut quamvis illi nil a quo
vis corpore contingat, tamen ex motu mechan-
ico spirituum perverso, iis omnibus effectibus
affici possit, qui a medicamentis usitate pro-
ducuntur.

5^{to} Motus ille tam mirificus excitari potest
in nobis a particulis Corporum insensibilibus mach-
inae nostrae applicatis; Sic nonnulli simul ac in-
gradiantur Cubiculum in quo felis, Mus, Cascus oc-
curret licet non in conspectu tamen in Sudores
conspiciuntur, & quandoq; Sympthymiam patiunt;
Quidam ex Rosae odore in animi deliquium
concidunt; Hysterici ex odore Moschi statim la-
borant.

6^{to} Medicamenta dividi possunt in ptes
adeo minutas ut imaginationis vim pene elud-
ant, quae tamen retinebunt vires ac tota;
cujus 3^{ia} dabimus exempla ex Regno Minerali,
Animali & vegetabili sumpta.

1^{mo} constat experimentis a metallorum explor-
atoribus saepius captis, quod si Granum unum Auri
per fusionem exacte admisceatur cum Argenti
libra, Singula grana Argenti participabunt de
Auro; idem quoq; eveniret, si una pars millifimo
grani Auri cum dicto Argenti pondere com-
misceretur; & tamen Aurum in tantas minutias
reductum vires & proprietates Auro peculiares
retinet; quod exinde patet qd ista minutia in
unum iterum Corpus vere aurum colligi possit.

(42.)

hoc alio modo probatur.

Si enim Granum unum Auri in Uncijs decem
Aqua Regalis solvatur, nulla erit liquoris gutta
quin habeat in se particulam Auri, ut ex sapore
constat, ideoque cum nulla sit proportio inter
liquidum & Metallum, necesse est ut Metallum in
tenuissimas ptes dividatur, et tamen manet im-
mutatum, ut ea eque precipitatione, et in Auri
formam reductione patet; si loco Auri sum-
atur Cuprum, res adhuc fiet clarior; Cuprum
enim totum Menstruum viridi colore imbuat.

Ex dictis patet quare Corpora metallica
dissoluta, et in liquidorum formam redactata
perstinaces producant effectus, nimirum quia
singula particula figuram suam servant,
rigida et immutabiles permanentes, q̄ in Veg-
itabilibus locum non habet.

2^{do} Ut vero sciamus in quam minutas ptes
dividi possunt ea quae ex Regno Animalis de-
sumuntur; Experimentum a Boyleo in hunc fin-
em institutum adhibebimus; Ille Sericum ver-
miculi involuerum evoluebat, idque 300 ulnas
longum esse comperit; idem vero ex duplici
filo constare detexit Serenhookius; erat ergo
600 ulnas longum et duo tantum grana pendebat;
adeo vero forte ut duo grana suspensa sustineret;
Quod si addamus Mechanicos dividere posse polli-
cem in nescio quot miliones ptiū, antequam figura
respectu sui principalis detrimentum patiat;
inde quivis facile potest colligere magnam partium
animalium divisibilitatem; quam quidam demon-
strant odorifera omnia praesertim Castorium, id
enim balanci inditum in quatuor decem spatio
nil ponderis amittit, interim tamen in Sphaeram
trium circitor patum exhalationes perpetuas
& odorem insignem spargebat, novaque aeri
expositum eundem intra duo minuta odore
inficiebat sine sensibili ponderis jactura.
3^{tio} & Vegetabilibus, si sumatur aestivete Groci
gr. i. et Spiritus vini uncijs decem injiciatur

totum Spiritum tinget, et qualibet guttula odorem et saporem croceum pre se feret.

Ex dictis patet ptes Medicamentorum eousq; minui posse ut caput nostrum fugiant, et quidem si ptes istae sint Diaphana sensus quoq; fugient, nihilominus effectus scitis notabiles in Corporibus nostris producent; exemplo qpe potest vitrum Antimonij, cujus si scrupulis unus octo vini libris infundatur, & digeratur simul, Vinum adeo vehementer emiticum evadet ut exus uncia quatuor epota ventriculum in motus adeo convulsivos adigant, ut pene invertatur; cum tamen de Antimonij vitro, qd in fundo vasis manet indissolutum, nihil omnino decessisse deprehendit. Idem obtinet in Croco Antimonij.

4^{mo} Medicamentorum particulae prout varijs applicantur nervis varios effectus producant; exemplo nobis e Turbith Minerale, qd ex caustico Vitreoli et mercurio conficitur; si hujus semi granum naribus indatur, omnes secretiones violentas reddit; si detur interne sanguinem et angorem excitabit; si vero maiore quantitate uti ad gr viii, secusum, vomitum, & sudorem movet, nervosumq; genus irritat. Doyleus narrat Militum Tribunum quendam Cataracta laborare, hujusq; Turbith ope ad gr s. forma Sternutorij ex Lubiti curatum qpe, caecitate, primum tumore Capitis, alvi dejectione, sudore &c. Vid Praetor de Illustate Philosop.

Pro varia ergo applicatione Medicamenti varij sequuntur effectus, quos scimus solum a posteriori; Si autem conjectaris locus est datus, forsitan haec considerationes non erunt spernende

1^{mo} Major minorve alicujus nervi nuditas multum facit ad majores minoresve etiam diversos effectus producendos; hincq; patet cur aliquid naribus applicatum effectus adeo violentos causat, tunica enim quae nares investit nervosa est expansio, nullisq; fere integitur involucris et omnis Nervus quando sensibilis

(144)

evaditur sit, abit in substantiam mollem mucaginosa, quod hoc in loco maxime fit.

2^{do} Quo nervi propriores sua Origini eo magis sensiles s^t hincq^{ue} facilius remotioribus irritantur. Sic Nervi olfactorij a Turbith per modum sternalat orij exhibitio valde irritantur; quum idem alijs nervis applicatum vix quandoq^{ue} sentiatur

3^{to} Communicatio unius nervi cum alijs potest effectus medicamenti variare; nonnulli enim nervi diversa origine orti saepe concurrunt et comuni nodulo colligantur; Sed cum omnibus hominib^{us} non ijdem sint concursus, hinc idem Medicamentum in varijs hominib^{us} varijs agit.


4^{to} Prout nervus, cui medicamentum aliq^{uod} applicatur, tendit ad glandulas, emparia emuntoria, haec aut illa, medicamenti effectus variantur.

Classes Medicament.

Secundum ea quae paulo antea dicta s^{unt} Medicamenta primis eorundem divisione in tres Classis abeunt.

1^{ma} Classis est eorum quae in Solida agunt. Per Solida intelligimus ptes illas nostras ultimas Cap: 3^{to} explicatas

Medicamenta in illa agunt valide movendo ea non destructa eorum cohesione exgr.




Sint A B dua ptes ultima coherentes ad C, ea movere possunt absq^{ue} solutione vel separatione.

Medicamenta hujus Classis s^{unt}

1^{mo} Stimulantia.

2^{do} Contrahentia, hoc est, quae faciunt ut Solida minorem habent longitudinem, Capiti autem majorem, ita tamen ut eorum cohesio non destruat^{ur} ex gr Corpus A coherens corpori B

per puncta inter C et D comprehensa ista moveatur ut occupet spatium CEFG, inde puncta contactuum plura fiunt et decurtatur spatium H I. q^{uia} a solidis erat occupate sitq^{ue} K I.



adeoq; Medicamenta trahentia Corpora inerasant, eaq; magis firmiter connexa reddunt.

3^{to} Lascantia, quae partes laxae cohaerentes reddunt ita ut mobiles flexiles, dilatabiles & tenuiores fiant.

4^{to} Constipantia quae capacitatem Canaliculorum minuunt, ad haec referenda s^t (a) Emplastica constipantia, quae instar glutinis Canaliculis adhaerent, (b) Mlenentia, quae Emplasticeis magis fluida s^t (c) Obstruentia, quae Canales non tantum angustiores reddunt, sed etiam implent.

5^{to} Chirurgica Specifica, uti Sarcotica sive Carnem generantia, Cicatrizantia & similia.

6^{to} Solventia, quae dividi possunt in sex Classes, nempe

(a) Rubefacientia quae levi inflammationem producant.

(b) Vascatoria, quae vasa Lymphatica sua actione destruunt.

(c) Echarotica, quae non tantum vasa minima sed & cutim ipsam destruunt.

(d) Corrodentia, quae omnia quibus applicantur consumunt.

(e) Caustica, quae partes adurendo consumunt.

(f) Putrefacientia, quae partes nostras in fluidum putridum convertunt.

7^{da} Classis est eorum Medicamentorum quae in fluida agunt, nempe vel totam fluidi massam afficiendo, vel particularum fluidi quarundam molem aut figuram mutando; talia s^t

1^{mo} Attonuantia quae particularum molem minuunt.

2^{do} Condensantia sive Inerasantia, quae particularum molem augent, haec tamen quoad modum operandi distingui possunt.

Condensatio enim fit a se comprimente partes antea liberas, quae inde coalescunt, & in majores moleculas abeunt; hoc fit a causa condensante & comprimente aeterna, uti ab aeterna pressione Aeris frigidi; sic Hyeme

Aqua congelatur.

Incrassatio vero est, cum hæc partium combinatio sit propter privationem liquidioris partem a calore dissipata.

3^{to} Aerimoniam conciliantia, et mutata nempe molecularum figura: Aeria scilicet quæ motum suum per pauca puncta communicant; adeoque acerrima, quæ per unum tantum; Horum natura antea erat considerata; uti et observatum erat omnes particulas fluidorum nostrorum obtusa figura donatas esse.

Hæc pertinent Putrefactionia nostra liquida; Putrefactio liquidorum est, quando eadem a partium alteritu mutus acris redduntur nimisque velocia, et ex dulcibus fatida, qui fætor plerumque ab Oleo volatili per Salem acris edito procedit, ita ut quidam fumus cum tale ascendens nares ingrato odore feriatur.

4^{to} Demulcentia, antecedentibus contrariaeque temperantia, obtundendo eorum spicula.

5^{to} Inmutantia quæ ita liquida mutant ut mutationis modum nesciamus. Hoc dubium genus est, ad quod referenda sunt omnia quorum operandi modus nos latet.

6^{to} Diluentia, hæc totam liquidam massam spectant cum antecedentia, quæ eorum particulas speciatim, suntque quæ fluidis nostris commixta partes eorum coherentes in contactu dimoveant, aliasque particulas cohesionem impediunt interponunt.

7^{mo} Coagulantia, quæ partes fluidas coalescere faciunt sive vel exhalando diluens, vel addendo glutinans, vel partes inter se compingendo.

8^{vo} Proventia, quæ particulis motum impingunt.

9^o Sistentia, quæ eorum motum minuunt, totique massam quietem inducunt.

11^{ta} Classis est quæ in Solida & fluida simul agunt. In 5 Classibus dividuntur, in quibus continentur omnia quæ veteres scripsere a posterioribus

ratiocinantes.

1^{ma} Continet antecedentes Classis quatenus
sub ijs contenta medicamenta combinatis action
ibus agunt.

2^{da} Classis Promovet circulationem sanguinis,
et Secretiones item promoventia, quae fluidorum
excretionem à sanguine promovent: cumq; vari
liquores varijs in locis excernantur, ideo varia
3^{ta} Classis, eorum excretiones ciunt.

- (A) Ecdakruonta, sive lachrymas moventia.
 - (B) Apophlegmatizantia, quae narium mucu
educunt; huc referant^r Sternutatoria, quae ser
proprie a naribus eliciunt.
 - (C) Sialagoga, quae salivam educunt; talia s
vel externa ut Masticatoria, vel interna ut Mer
curialia, & vomitoria.
 - (D) Expectorantia, Secretionem Phlegmatis
ex Pulmone promoventia.
 - (E) Cholagoga, quae bilom extra corpus educunt.
 - (F) quae bilom Hepatis tonuem, succu
pancreatis, et Intestinorum expellunt.
 - (N) Melangoga, quae atram bilom educunt.
 - (O) Lascantia, quae fibras intestinales stim
ulando contenta expellunt.
 - (I) Subricantia, quae parietes intestinorum
lubricant.
 - (K) Ecoprotica, quae motum intestinorum
levitor adaugendo faeces eliminant.
 - (A) Diuretica, quae urinam movent.
 - (U) Diaphoretica, quae perspirationem promon.
 - (V) Emmenagoga, quae menses pellunt.
 - (S) Aristolochica, quae Lochia pellunt.
 - (E) Rebolicas, quae abortum procurant, partumq;
facilitant.
- 3^{ta} Classis continet plurima quae a veterib;
confusa tradita erant. uti.
- (a) Attrahentia, quae liquida a loco in locu derivat.
 - (b) Repercutiontia, quae liquidum in pte aliqua

externa haerens intus pellunt

(c) Refrigerantia, quae calorem praeternaturalem tollunt.

(d) Calefacientia, quae calorem inducunt.

(e) Emollientia, quae partes rigidas magis flexiles reddunt, i.e., solida laxant.

(f) Maturantia quae concretum humorem dissolvunt, et ad exitum deponunt.

(g) Suppurantia, quae liquidum resolutum equaliter & homogencum reddunt, ita ut magis facile educi possit.

(h) Indurantia, quae robur & rigiditatem augent & partes lascas magis firmas reddunt.

(i) Resolventia, quae liquidi partes coagulatas dividunt, easque circulationi aptas faciunt.

(k) Discutientia, quae liquidum extravasatum vel intra vasa stagnans resolvunt, et ad fluxum disponunt, & solida stimulant ad propulsionem liquidi, ideoque omne discutens est resolvers.

(l) Aperientia, quae liquidum attenuant & attenuatum expellunt.

(m) Astringentia, quae vasorum latera magis ad se invicem accedere faciunt.

(n) Astringentia, quae vasorum aperturas claudunt.

(o) Detergentia, quae induratas sordes liquecere faciunt, et expellunt, nec non fibras mortuas absque dolore auferunt.

(p) Exspurgantia quae in vasis concreta resolvunt, et expellunt.

(q) Cathartica, sive immundantia, quae majori vi detergunt, ad interiora magis penetrant, carnem sanam etiam exdortentia.

(r) Erodentia, quae sunt detorsiva & mundificantia, sed potentissima, nam vivas & sanas partes auferunt.

Atque Capis varia quoque continet, nempe Topica, quae vires suas exserunt, quatenus loco eris particulari applicantur, eisdemque soli conducunt, haec pro diversis eris partibus in sequentia genera distribuuntur.

1. Cephalica, quae morbis capitis conferunt, cujus morbi omnes dolorosi pendunt a periculo rupturae propter tensionem membranarum.

Cerebri, quae et ipsa vel a distensione a nimia sanguinis aut humoris copia ortae, vel ab obstructione pendet; adeoque laxantia minuentia, refrigerantia huic in casibus conducunt, unde Cephalica vocantur.

(B) Ophthalmica, quae oculorum effectibus medentur qualia sunt calida, & frigida.

(C) Odontalgica, quae dentibus dolentibus succurrunt, qualia sunt erodontia, caustica nervo ipsi applicata.

(D) Otalgica, quae dolores aurium sedant, et fibras summe tensas laxant, nulla quippe membrana plus tendi solent quam tympanum, & quae meatum auditorium investit; hic adhiberi solent calida, ut aqua aut lac tepescens, etiam quandoque et frigida, quae vitium ab oleo amaro aurium ortis medentur.

(E) Stomatia, quae respiciunt Inflammationes oris, gingivarum, Palati, faucium, quae eodem modo debellantur ac aliae Inflammationes, si Gangraena adsit sanat oleo Tartaris nam Alcalina non prosunt, corrodamur dentes.

(F) Arteriaca, quae fistulae pulmonali exasperata medentur emolliendo & leniendo illam, quod obtinetur oleo Amygdalarum et Eclegmatibus sive linctibus; quae tamen non semper prosunt, quoniam asperitas diu saepe oritur ab obstructione glandularum internarum, quo in casu plus conferunt vapor aquae calidae ore receptus, et varia decocta emollientia, ex hordeo Glycyrrhiza, Malva & similibus parata.

(G) Thoracica et Pulmonica, quae aerem matoriem pulmonibus impactam obtundunt, viasque laxant, & nequa haec in humorum tenuitate quavant, nocent, vero in pneumonia pituitosa quae neque sulphuri, nec illius Balsam cedet, ipsa autem Sulphuris per Campanam vires quodammodo agnoscit.

(H) Cardiaca, quae vel frigida sunt vel calida, nam in nimio fervore & Astu ad refocillandum adhibentur, frigida acida ex citri Succo, Vino Rhenoano &c.

In frigido Statu Aromatica quævis, quæ subito re-
plentia locum pitium avolatatum supplent, partimq;
stimulant.

(Q) Stomachica, quæ v. frigidæ & v. calidæ, nam in
calidis ventriculi effectibus, Citria, Succus Simon-
um, Acetum & similia conducunt in frigidis calidæ.

(R) Splanchnica, quæ viscerum obstructions ve-
serant; inter quæ ^{num} locum obtinent aqua miner-
ales Chalybeata, uti et omnia quæ ex Marte &
Mercurio componunt; æria singula dissolventia,
& aromatica.

(S) Intestinalia, quæ 2^o s. n. nempe

1^{mo} Carminativa, quæ flatus discutunt, flatus
autem s. ptes aeris elastica intercepta inter duas
extremitates spasmō contractas et oclusas, ibi
rarescit iter et se expandit, et a distensione
ortur Dolor, ad quem tollendum, s. ^{maro} requiritur
ut aer excreceretur, ne a nimia pitium disten-
sione oriatur Inflammationes, Splacheli, Gangræna,
Hernia &c. Carminativum ideo omne agit extremi-
tates istas solummodo resarando, licet putaverunt
veteres Carminantia bullas discussisse cum remota
tollant solummodo actionem spasmodicam, bru-
culentatq; ista Symptomata non venenosa acce-
derunt sed solum distensionem & spasmō statim tribuendos
unde nullum feliciter carminant ipso Opio, et illa quæ
Spasmodorum causas destruant, Spiritus compressendo v. ^o
acidum involvendo, nam si suppressionem aliquam
Arsenicam sumpsisse tamen Abdomen ad erex-
aturum usq; qui tumor ab assumpto oleo aliquo,
quod acidum, quod Spasmodum causat involvere potest
est, ut oleo Tartari per diliquium multa aqua diluto,
statim tollitur. Colica Spasmodica sæpe invadunt
feminas Hystericas, quibus Anus sæpe ita claud-
itur ut fistula immitti nequeat; aliquand etiam
ventriculi orificium claudit, optimum remedi-
um est Opium, Castoreum, Galbanum, in aqua
calida assumpta.

2^{do} Anthelmintica, quæ vermes in Ventriculo
& intestinis latentes necant, qualia s. Emetica,
& purgantia fortiora, dein aspera s. porosa, ut s.
Capita spinosa anguillarum cum butyro juncta,
et pyrus Stomacho immixta; insuper Cnephylia

proptio modo contusa, aut ostrearum (concha) quae dic-
tos vellicant, necant, & fugiunt vermes.

(M) Hepatica, quae nihil est q^{ua} poriontia, ut est
omnia salina non acria, sed attenuantia, ut Sal Tartari,
Sal Polychrestus &c.

(N) Cystica quae vesicam felleam depurgant, qualia
sunt Cathartica, et Emetica.

(O) Splonica, quae si dicitur dicata est, qualia sunt porion-
tia.

(P) Mesenterica, quae Mesenterij partibus sicant.
Suntq^{ue} v^{el} salina v^{el} saponacea, v^{el} aromatica v^{el} stimulantia.

(Q) Nephritica, quae v^{el} Calculum frangunt, lithen-
triptica dicta, v^{el} expellunt, an priora dant mer-
ito dubitant.

(R) Hystorica, utro dicata, suntq^{ue} v^{el} stimulantia,
v^{el} topica, v^{el} Antispasmodica.

(S) Arthritica sive Neurotica, quae specificè in
nervos agere dicunt. inq^{ue} osium membranas &
ligamenta Articularum.

Haec Classis continet Antidota sive Alexipharm-
aca, suntq^{ue} quae venenis specificè resistent, sunt
Venena agunt ser, nempe 1^{mo} quatenus solididus spas-
mum inducunt, 2^{do} quatenus liquida attenuant
v^{el} coagulant nimis, 3^{io} quatenus vasa dirumpunt,
& liquida stagnare faciunt, hinc & Antidota
sunt, nempe quae v^{el} in Solida, v^{el} in liquida v^{el}
in utraq^{ue} agant.

Venena agunt vi acrimoniae suae; Si enim
Cani unica dua Vitreoli dant, statim in ventric-
ulo calor intensus, Erosio, Spasmus, excitantur,
& haec Symptomata tolluntur p^{er} Antidota acri-
moniam destruuntia, ut aquam, oleum, gelat-
inosum aliq^{ue} &c. Nulla enim Antidota est quae
venena specificè destruunt, aut alia ratione
quam Mechanica.

Pars 1^{ma} de Medicamentis
operantibus in Solida

Cap 1^{um}

De Stimulantibus

Haec de varijs medicamentorum Classibus

actum est jam vero accedimus ad Historiam magis peculiarem cujuslibet Vitalis, ac 1^{mo} agendum est de illi quae in Solida agunt, inter quae 1^{ma} locum tenent Stimulantia.

Stimulans est, quod fibre motricis oscillatorio motus auget.

Ut fibre oscillatio augetur requiritur ut augmentum motus concedatur isti fibre ad punctum unde oscillationis augmentum incipit.

Causa augmenti motus potest esse 2^a, nempe

1^{mo} Particula libera vasa non annexa impetu proprio ruens in illud punctum idem extra statum naturalem percutit; Particula vero impulsu cessante, fibra statim se contrahit, quo dictum punctum longius est situ suo fuerat remotum. Causa hujusmodi effectus non diu durant, sed cito evanescent.

2^{do} Causa altera & cuius effectus magis durabiles sunt, esse potest particula lateribus vasa in fixa, vel interne a praetorhabente fluido, vel externe a causis externis; Ubi de acris egimus modo explicavimus quo particulae fibris infixae eas stimulant.

Conditiones in omnibus stimulantibus requiruntur 4^{ae}, nempe

1^{mo} ut tam tenue sit stimulans ut intra canales ire queat minimos, eorumque poris minimis seimet infigere.

2^{do} ut tanta acrimonia ipsi insit, ut sibi in Canaliculis lateribus aperturam facere possit, intra quam seimet insinuare queat.

3^{to} ut hoc aere tenue tam longum sit ut jam infiscum eminere possit extra superficiem, alias enim fit particula nutritiva.

Hinc colligitur omne Stimulans esse aere, sed tamen non sequitur quilibet particulas minutas & aeres pro stimulantibus habendas esse, qui possunt esse adco parvae ut earum nulla pars planum cui infixa sit superestet.

4^{to} ut Stimulans sit adeo tenue, ut loco, cui

cui infixum e diu inhaereat.

Causae stimulationem efficientes s̄

1^{mo} Omnes Causae vulnerantes, vulnerare enim est
facere solutionem continui p̄ rem duram, et acut
am, i.e. que momenta sui motus paucis applicat
punctis; hinc

2^{do} Moxica, aliqz herba. urentes dicta stimulationem
em pariunt.

3^{to} Omnium Salium genera.

1^{to} Olea omnia que duplici modo stimulare
possunt, 1^{mo} quatenus se infigunt oculis meatuum,
eazqz obstruunt, unde impetus liquidorum in ex
trema exercetur; Sic Oleum olivarum Corpori in
unctum illud tumescere & rubescere facit, & febrem
aliquando inducit, ob perspirationem impedit
ant 2^{do} quatenus acria s̄ v̄ natura v̄ Arte.

2^{to} Saponis sive artificiales sive nativi, quales
s̄ omnes succi vegetabilium, quatenus oleum et
Salem simul mixta continent.

3^{to} Spiritus omnes.

4^{to} Terra omnes acuta.


5^{to} Calor quicumqz frequenter applicatus, huc
revocant Sulphurea & Sales metallici; omne
enim Metallum, etsi p̄ se satis Blandum sit &
milde, uti apparet ex auro & argento indispol
utis, que nullo modo nocent sumpta, si solvat̄
in Sale aut aquis fortibus fit causticum & max
ime stimulat.

6^{to} Omnes Motus externi.

1^{mo} Frigus vehemens, quod 1^{mo} momento agit
sensum frigoris inducendo, vero paulo post sum
mum excitat calorem; maxime hoc videmus
in febris, que cum frigore, horrore, tremore
&c invadere solent, hisce tamen Symptomatibz
statim succedit magna incalescentia.

Caput 2^o ^{dum} de Contrahentibz.

Contrahentia s̄, que duo puncta distantia
libre motricis in propriorem contactum adigit
& in magis firmam Cohesionem quo ut meliqz
concipiamus.

Supponamus A. Bin figura 1^{ma} 
 esse Solidum minimum ultimum,
 et ad C & adherere E^o solidum quod
 minimo ultimo, ita ut duo Solida A
 sunt in directum posita, his positis, dico, illa
 contrahi non posse, nam particula A. B solida & com-
 pacta non potest intrare particulam E^o solidam
 Solidum quoque et compactum cui connectitur, ne
 proinde magis cartam reddere lineam A. E. hoc est,
 se contrahere nequeant. Si vero (in figura 2^{da})
 Supponamus particulam A. B adhereri alteri
 E^o puncta inter E^o comprehensa, hoc posito
 facile concipere possumus particulam I^{am}
 suam putare posse, ita ut ex A. B fiat E. H.
 unde fit ut particula C. B per puncta inter
 E. H. comprehensa iam adhaereat, sicq^{ue} longitudo
 ipsam qua habebant dua particula minor evadit,
 hoc est, fit contractio particularum; hincq^{ue} sequitur
 minima nostra Solida non esse per se seu singu-
 latim contrahi, & consequenter contractionem
 solummodo fieri respectu duorum pluriumve
 minimorum iuxta posteriorum.

Cause contractionem promoventes ad quatuor
 haec Theoremata reduci poss^{unt}.

Theorem. 1^{um} Quicquid solvit fibra alicujus con-
 tinuitatem, id naturalem illius contractionem
 promovet; prout ante demonstratum est; sic
 Arteria, Venae, fibraeque nostra vulnerata & scissa
 sese contrahunt, hinc Ignis, Corrosiva, & Vulp-
 erantia s^{unt} cause contractiones.

Coroll. Ergo Medicamenta plurima contrahentia
 vuln^{erando} & cedendo agunt.

Sed de vobis, minima vascula vi quadam dis-
 cindere, Corpus enim nostrum ex infinitis vas-
 culis minimis constat, & haec Vascula non se-
 cundum longitudinem majorum vasculorum
 excurrunt, sed inter se componunt^{ur}, & sicut
 instar intorquent^{ur} adeo ut magnum Vas
 vice laedi potest quin unum aut alterum
 minimorum plane diffringatur; Arteria &
 Vena disiecta se contrahunt, sic & illa

vasa minima; adeoque lesio est causa contractionis Vasorum; Et Medicamenta hoc vascula ledentia contractionem producant; talia stannium acrium genera.


Contractionis Vasorum hoc modo procurata effectus e liquidorum Extravasatio.

Theorem 2^{um} Contractionem promovent omnia illa que valido suo nisu Capales ita dilatant, ut Diameter longitudinalis minor, latitudinalis major fiat; hoc de fibris excavatis st intelligenda; hinc in Vulneribus labia st retrorrida

Theorem 3^{um} Contractionem promovet quicquid causas vasa distendentes tollit; Hocq fit depletionibus quibuscunq; ut e clare videmus in illis que nervosum genus agunt, Salivationem & inde maras mum inducentia; nam vasa nimis depletase contrahunt & coalescunt, unde Corpus gracilesat; Hoc etiam faciunt calida omnia que liquidissima nimis dissipare solent.

Theorem 4^{um} Contractionem causat insinuatio exiguarum particularum inter superficies min


imorum Stannum ut sic in figura 2^a A B C sit fibrilla alteri B D E G adyacens & liquidum aliq; se insinuat inter illas ita ut ex situ prioris situm B abeat, contractio tanta erit quanta in fig: 3^a prohibebitur, hinc ad mir



abiles procedunt effectus, nem funes exiccate aqua immisa contrahunt & rigescunt, ut et chorda musica, nervi & Cor ipsum q; in spiritu vini maxime contrahitur et solidescit, nam in fig: 3^a liquidum se insinuans in Cavitate A B C semim



gravitate sua cunei ad instar Diametrum B D distendit in B D & lineam A C accurtat in GH



Contractiones tales causant Spiritus Vini et
 Oleum Theriacinale atthaque cum se insinu-
 averint ibi haerent & solidescunt, indeq;
 est qd tam dira ex illorum abusu sequuntur
 Symptomata

Notandum hic quam periculosa sint omnia
 contrahentia in membris vasibus quia cum ipsis
 concreverunt.

Coroll: 1^{um} Augori hinc potest fibrae alicujus
 soliditas, particula enim se insinuans applicat
 se ceteris ibiq; concrevens soliditatem fibrae
 majorem conciliat

Coroll: 2^{um} Ergo ceteris paribus contractio
 fibrarum rarum vim in fluida intra casales
 contenta auget.

Coroll: 3^{um} Ergo et a contractione fibrarum
 Corporis robur augetur hinc omnes homines
 quorum fibrae sunt contractae resolutiores
 sunt

De Saxantibus.

Saxatio dicitur ejusmodi mutatio in solidis per quam elongari magis possunt absq; rupturamquam antea; itaq; patet flexibilitatem & dilatationem hac definitione comprehendere; nulla enim fit flexura, nulla dilatatio, nisi corpus quodammodo elonget. Elongatio hac considerari pot: v^t respectu fibrillarum omnium minimarum, v^t respectu vasculorum ex fibrillis istis constantium.

Elongatio hac in fibrillis minimis concipi non pot: ut enim minime fibrilla longius a se invicem removeri possint, omnino requireretur ut particulae nonnullae lubricantes sese inter ptes istas insinuent, q^d in minimis istis fieri nequit absq; continui Solutione.

Medica ergo et propria Lascatio solummodo obtinet in ultimis nostris Canalibus qui ex istis fibrillis componuntur; quia si rigidi sunt, et liquidis suis priventur, ita ut eorum cohaereant latera, perit eorum Lascitas, quam Arte alia restituere non possumus quam liquida amissa suppeditando, unde lubricantur et ad motus inflexionis apti redduntur.

Qua propter Lascantia ista, quae Canales ingrediendo, eorum parietes ab invicem remouent, eosq; liquefaciendo molles reddunt, talia sunt

1^{mo} Aqua tepida v^t interne sumpta v^t externe applicata, ut in Balneis, Fermentationibus &c.

2^{do} Olea omnia vegetabilia ex maturis Seminibus mitibus non vero acerbis expressa, uti Oleum Amygdalarum dulcium, Olivarum, Linde &c. Animalis Regno, Medulla Opium, quae cum per meatus valde exiguos in Opium cavitates derivetur, subtilissima e^t item ad p^s, et pinguedo praesertim omonti.

4^{to} Decocta farinacea glutinosa, emulsionis formae, qualia fieri solent ex Hordeo, Vini semine, alijsq; seminibus oleum interpromendum exhibentibus, & ex herbis oleosis lactescentibus non acerbis, item ex herbis emollientibus dictis

Laponacia omnia, praesertim animalium bilis
qua maxime emollit.

Coroll. Hinc solvitur Problema, Cur Aqua prius
lascet, dein refoeat (uti in Corio qd in Aqua ma-
ceratum valde molle & flexile fit, a refoatum
vero durum magis magisque inflexile qm antea
erat) nempe cum Aqua ^{magis} penetrat, habet
rationem fluidis, ideoq; ptes madefaciendo
molles reddit, eisdem vero pte subtilissima
vi Caloris expulsa, quod remanet ad naturam
solidi accedit, & cum fibris concrevit, eorumq;
firmitudinem auget.

Lascantiam effectus est duo, 1^o Dilatatio can-
alium minimorum, & inde libera magis
humorum Circulatio.

Cap: 4^{um} De Constipantibus

Constipantia, est qua vasorum emissaria ita obstruuntur,
ut fluxus vitalis intercepti, ideoq; omne consti-
pens agit vel quatenus Canali externe adhaeret
eumq; comprimit, vel quatenus interne lateribus can-
alium adhaeret eoque infareit, An sensu posteri-
ori Constipantia talia dentur, est cur dubitemus,
idq; ob haec rationes.

1^{mo} Quia vasa lactea adeo minuta sunt ut p ea nil
ingredi posse videatur, qd in alijs vasis obstructionem
modo dicta causare potest.

2^{do} Si tale obstruens lactea intraret, pulmones
improberet, eusq; effectus ibi sentiretur, quia
ingressu illius in vasa lactea usq; ad introitum
in Pulmones continue movetur, sic angustiori
in latiore Canalem, uti ex Anatomia constat,
quam primum vero in Arteriam pulmonalem
defertur, sic latiori in angustius spatium mor-
eri incipit, tandemq; in vascula Pulmonum
angustissima fertur quae cum totius corporis min-
ima sint, vel in iisdem obstructionem pariet, vel
nullibi praeterea.

3^{tio} Sanguis in Pulmonibus Aeris externi com-
primenti vi plurimum alteritur ac commin-
uitur, ac proinde obstructioni dicta produ-
cenda minus aptus redditur.

Ex natura nostri Sanguinis e ut conerescat si
mul ac quiescit, non vero quiescit, nisi motus Cordis
& Arteriarum minuatur.

Adeoque interna Obstruentia dici possunt, quae vi
res Cordis & Arteriarum debilitant, q' quidam pler
umqz fit aequabiliter per totum Corpus, in Pulmonibus
vero primo sentire.

In parte singulari fit obstructio, quando aliqua
ex causa quiescit siquidum ea in pte, adeoque talia
Obstruentia agunt non nisi humores nostros coag
ulando.

Constipantia, proprie dicta s' duplicia, nempe
Illinentia, & Emplastica.

Illinentia s'

1^{mo} Omnia Olea expressa sive extrinsecus sive
Intrinsecus applicata; cum Aqua enim non per
miscent; hinc opus fluxum p' Canales impediunt
uti patet ex Charta oleo oblinata.

2^{do} Semina farinacea mucilaginoso, ut Pap
averis, Sactucee &c cum aqua cocta ad Gylatin
am itom a Semina frigida.

3^{tio} Olea composita ex vegetabilibus et oleo sim
ul coctis.

4^{to} Olea stillatitia ex Vegetabilibus.

5^{to} Omnia Balsama nativa liquidiora.

Emplastica vocant; quae externe meatus glut
inis instar compingunt.

Illorum duo s' Effectus, s' enim plurima Pars
simul obstipant & illinant, 2^{do} liquidum ibidem
stagnare & putrescere faciunt.

Emplasticatorum Classi s' quinqz

1^{mo} Farina omnes oleo & terra constantos & cum
aqua paucillo in pastam redacta

2^{do} Omnia aquosa ex Vegetabilibus, quae ten
acia & conglutinantia s; In qz Aqua sola solvi
possunt; Ita quippe liquidum s' fundunt, s^{um}
q' in Spiritu vini solo solvi potest & dicitur
Oleum; 2^{um} quod spiritum e, et in aqua solvitur,
& dicitur Balsamum, constatqz ex oleo & mucos
quibus duobus si accidat terra, tum 3^{tium}

vocatur Gummi, quod magis solidum est salinae
partis avolatione factum Resina dicitur.

Omnes Gelatinae sive Decocta, diuturna desec-
tione inspissata ex partibus solidis Animalium,
uti ex piscebus, Ichthyocolla, e qua Gluten fit opti-
mum; Namque Deus ne Pisces continuo afficer-
entur ab aqua salsa circumambibente, posuit
glandulas innumeras in eorum cute, quae
oleum secernunt, unde cutis pisceum valde
Prasamica est, atque ex pelle cocta gluten
Ichthyocolla dictum conficitur.

5^{to} Composita est his 4^{is} praedictis, uti Cataplasma
Effectus omnium Minuentium, Obstruentium
constipantium est.

1^o Impedire trajectum liquidorum, adeo
ut in vasis stagnent; hinc Cadavera conser-
vare solemus, unctuosum quoddam iisdem
illinendo, quod fluidorum ingressum impediatur.

2^{do} Producere omnia illa, quae produci so-
lent vi vite in vas quodlibet obstructum,
nam liquido stagnante vi vite a tergo
urgent, alterantur, augentur copia, hinc
tumores, qui si

Si circa vasa Arteriosa sunt fiunt Inflammationes

Si circa vasa Lymphatica, fit tumor albus
vesiculosus, sive Oedema

Si circa Vasa omnium minima, oritur tumor
flatulentus, uti fieri solet in Podagra ex ap-
plicatione Emplastris; hoc enim liquidum trans
fluxus impeditur, ideoque pars illa tanquam
flatibus distenta apparet.

Si maneat Obstructio et Inflammatio et
vis vite adsit, fit Apoplexia.

Si vis vite ingens, & obstructio magna
fiet Gangraena

Si omne liquidum exprimat & crassa coeant
fiet Scirrhus.

Si illa Materia moveatur fiet Cancer.

Si magna Copia vasorum vi vitali & ob-
structione pertinaci destruantur fiet Sphaecelus

sive Mortis ptium.

Si vero hae Cadaveribus applicentur in quibus nulla vis vitae nihil producant praeter conservationem a corruptione

Cap 5^{um}

De Chirurgicis Specificis

Chirurgica specifica distinguuntur in Sarcotica sive carnem generantia, & callum generantia quae omnia nil agunt in Cadavere, sed vitalem liquidi fluxum supponunt.

Sarcotica s^t, quae tollunt id quod impedit efficaciam illius causa per quam omnia in nobis nutriuntur.

Cicatrizantia s^t, quae tollunt id quod impedit vasorum concretionem & exsiccationem.

Callum generantia s^t quae impedimenta nutritionis, sive accretionis in minimis vasis ossibus seu cartilagineis tollunt.

Hae haec Medicamenta cum effectu operentur, quaedam conditiones requiruntur in fluidis nostris, & nonnulla in Solidis.

In fluidis requiruntur, 1^o ut sint mitia sive Glanosa, 2^o ut sint mobilia per minima vasa, 3^o ut sit aliquantulum glutinosa, Medicamentorum enim horum actiones fiunt in vasis tenuissimis, & vix fluido differentibus, ad eoque fluida quae per illa transeunt, omni acrimonia destituta esse debent, ne vasa illa destruant; debent quoque talia esse ut per eadem facile fluant, non tamen adeo esse tenuia ut defluant, sed talis consistencia ut adhæreant vasis.

In Vasis requiruntur, 1^o ut apta s^t pro fluidis recipiendum, 2^o ut sit flexibilia & distabilia ita ut aliquando facile distendi possint.

Hicce positae sequuntur horum Medicamentorum effectus hic memorati, nempe

1^{mo} Canales se juncti ununtur p modum Anastomosis

2^{do} Canales fines p impetum liquidi v' eousqz tantum distenduntur ut transpirationi insensibili solummodo patereunt, v' eousqz ut etiam sudorem emittant; estqz haec posterior optima methodus medendi absqz Cicatrice, sed raro fit, quia citius & facilius vulgari modo consolidatur vulnus, sed tam pars illa non e perspirationi apta.

3^{tio} Est Vasorum Accretio & arescentia, quando tantum resistunt, ut liquida intrare nequeant, unde Cicatrice, Stagnatio liquidi nutritij in ultimis vasis, nec non ejusdem concretio, et agglutinatio; Omne enim liquidum in vase sub stagnans cum ipso concrevit, unde Cicatrice pars obducitur. aliasqz ptes soliditate, duritie, insensibilitate, candore, difficiliore & parciore transpirabilitate superat, hinc ob pressionem Atmosphaerae, nonnunquam Dolores istis in ptes, quae vulnerata fuerunt, sentiuntur; ad qd evitandum in Vulnerum Curatione vasa tam mollia servari debent ut distendi possint; sed plerumqz Chirurgi ad sanitatem expediendam vasorum vires ita augent, ut plus resistant quam liquida urgeant, quae proinde ea intrare nequeunt adeoqz vasa illa complanantur ut fit Callus.

Eae dictis patet medicamenta de quibus nunc agit tam in Fluida quam in Solida vires suas debere excrecere; ideoqz s' v' interna, v' externa.

Interna s' quae Chylum blandum nullis Salibz, nullo Oleo aere sive Aromatico, aut terrestribus aeribus scatentem praebent, tum quae tant Chylum tenuem sed aliquantulum lentiusculum, non enim ita tenuis esse debet ut fluorem vulnere conuclat; talia s' t

1^{mo} Decocta Carnium, et Juscula.

2^{do} Decocta Farinarum blandarum & Hordei Avena; Tritici; oryzae, &c

63
3^{to} Omnes emulsiones v^l ex similibus parata.

4^{to} Ea, quæ aeri predominans tollunt.

Aeria s^t v^l salina, v^l acida, v^l oleosa, v^l terrestria
v^l ex his combinata.

Contra Acida singula singula habemus
temperantia, Omne enim acidum domari pot:
dum v^l oleo obvolvitur, v^l aqua diluitur, v^l mucal
aginosus obtunditur, v^l quæ oppositos sales, v^l
Alcalicos destruit.

Oleosa aeria v^l s^t ex Aromaticis, v^l Alliatis, v^l
ex oleis expressis rancidis factis, & non adeo fa-
cile aquæ diluenti assuecunt, nisi aqua Sal
acidus & parum Mucaginis addatur.

Aeria terrestria s^t corpora dura & scindentia
ut Vitrum comminatum, Crystalli, Metalla,
Semimetalla, omniq^{ue} solida ita minuta ut
Canalis subire possunt, eorumq^{ue} latera pere-
trare, hæc vis superare possunt, aut si Can-
alium lateribus altius impaeta s^t, avelli, et
quidem ad ea removenda nil aliud agendum
est q^{uam} ut Vasa oleo multo & aqua lascent.

5^{to} Quæ crassa attenuant, nam si pus nimis
crassum s^t, vulnus consolidari nequit; Horum
optimum est aqua pura calida, huic addi
possunt Sales alcalini fixi, nam volatiles
nimis cito avolant, et si in magna copia
sumantur, stimulant nimis.

6^{to} Quæ æquabilem motum liquidis con-
ciliant, talia s^t quæ liquida æquilibiter dil-
uunt, deinde quæ vasa æquilibiter lasca ten-
ent, uti aqua moderate calida.

Externa s^t quorum ope æquilibrium ser-
vatur inter vasorum resistantiam, & vim liq-
uidorum influentiam, ita ut vasa nec minus
nec plus resistant q^{uam} debent. Si enim vasa
ita disposita s^t ut in æquilibrio cum suis

liquidis mancant, tum curabitur vulnus absq; ulla
Cicatrices huc autem faciunt,

1^{mo} Quae vasa lascant inter haec optima aqua
tepida.

+ et Balsamocalina,
ex gr. Terreb:
Copiviv: Peru:
&c

2^{do} Quae putredinem coercent, uti st Spirituosa
omnia quae mundificare dicuntur; & putredini
alcalina resistere; Salina quaecumq; praeter al
vini & Balsamis facta, uti cum Absynthys,
Scordis, et alijs resinosis oleosis; Balsama nat
uralia; Unguentum ex Aromatib; paratum, &
ex iisdem Balsamum, Omnia enim aromata
Balsamum habent, q; ab oleo illorum proven
it, et spiritu vini extrahi potest, Omnia
Cerata; Unguenta oleosa plenia; Emplasha;
unicum sufficere possit ex Cera & oleo Terreb:

3^{tio} Quae vasa nimis humida exciccant; Si
enim Caro st luscurians v' excrescens, fungosa
e, et plane indicat Vasa nimis distendi & lan
ari ob liquidum nimis copiose influxum, ideoq;
exciccationem requirunt; et hoc Chirurgi vocant
exciccare

Exciccantia st ossa piscium leni igne calcin
ata, & pulverisata, ut st Stueij mandibulae,
quae aere humidum absorbent; si vero nimis
diu applicentur exciccant & cicatricem indu
cunt; Omnes lapides Piscium & cancerorum
Margarita &c; plurimum quoq; valet Colo
phonia contrita, quae componitur ex Terre
benth: in Aqua cocta & exciccata donec con
tundi possit, et ultimum e Remedium in fist
ulis exciccandis; Omnes quoq; Terrae, ut Creta,
Irolis, Rubrica, Osteocolla dicta; dein Terra
metallorum, ut onustum; Calce Vitreoli probe
edulcorati; Sapis Haematitiss; Crocus Martis
tam aperiens quam astringens; Cerussa; Min
ium, Calce Stanni; quae omnia liquida absor
bent.

85
4^{to} Quae vasa contrahendo soliditatem & robur
ijs addunt, talia st Alcohol vini, oleum Ferreturth
ina fere fervens.

Caput 8^{um}

De Solventibus, sive
Dolorem cientibus.

Dolor e perceptio ingrata qua fibra nervosa
distensionem committat, nulla enim fit tensio
in pte nervosa, id e, alicubi eri nostro, quin
oritur Dolor, licet nihil aeris, nihil corrosivi
acceperit, quod patet in Carmificum tartaris,
quod si pars nervosa stricte liget, nimisve
premat, contundat, corrodat, v' dissecet, igne
destruat, perit in ea pte Sensus & Dolor, si
enim in Canis nervum ad Crus pertingentem
dissecueris, licet omni modo Membrum illud
male tractes, dolorem tamen non sentiet
Canis, ergo nullus in nobis excitari potest dol
or corporeus, nisi a laeso nervo, qui cum varijs
modis laedi potest, hinc pro varijs istius laesi
onis gradibus varij in nobis excitantur Dolores.

Distractionis nervosae ptis, simul et sensa
tionis dolores inde orti tres st gradus.

1^{us} Gradus est omnium levisimus e quando
Horror ita tendit, ut Mens animadvertat vim
fibrarum adhuc superare vim illatam, unde
oritur Pruritus sive Titillatio, i.e, medium quid
inter voluptatem & dolorem.

2^{us} Gradus e quando Mens percipit vim ill
atam superaturam epe vim fibrarum, unde
tristitia.

3^{ius} Gradus e quando dissolvit' continuum, ce
proinde dolor et Titillatio in dissolutis ptibus ces
ant.

Quicquid ergo facit ut pars p levem tensi
onem irritata maneat in eodem statu, latitiam
causabit, Mens enim animadvertit vim fibrarum
adhuc superare vim nervo illatam.

Tensio autem, sive Distractio, duas ob causas
dolorem inducit, nempe — — — — —

1^{mo} ea quae dissolutionem antecedeant, qualia
sunt. Rorio, Inflammatio, Distractio.

2^{do} Obca, quae dissolutionem sequuntur, viz ob tenorem
fibrarum destructum, ista ut quae ante, a quinq; sus-
tinebat, post solutionem ab una
tantum sustinendum est, ex: gr: Sit
A B C D Nervus ex quinq; fibris con-
stitus, Si jam Causa aliqua fibras
inter C D contortas, quae omnes simul impetum
sive vim punctorum A B sustinere debent, solver-
it, ita ut una sola illasa maneat, haec jam
totam vim punctorum illorum sustinebit, in-
deq; ortus Dolor; si vero illa quoq; rumpatur,
perit Sensus & Dolor in illa parte.



Dolorem ergo creare possunt

1^{mo} omnia quae interne distendant Vasa
quatenus nimirum ex ea distensione tener-
rimorum nonnunquam sequitur ruptura.

2^{do} Eadem de causa quicquid externe premit
Vasa potest dolorem excitare

3^{to} Quicquid aliqua ratione fibras minuit
tendit, distorsione.

4^{to} Quicquid fibras quasdam reliquis intactis
dissolvit, solvi potest continuum v. g. Inferuntur
mechanico uti Gladio, v. medicamentis acerbis,
v. Ignis Actione.

Pruritus sive Titillationem excitant
1^{mo} Medicamentis quae phoenicantia, i. e. Rubra
facientia dicta, quia observabant à Titilla-
tione colorem rubrum in crebris oriri.

2^{do} Quicquid Inflammationem lenissimam cre-
at, idem Titillationem producit, i. e. primum gradus
doloris excitat; Si omnis pustula rubra
prurit, nimis tractata dolet; Sic in omni-
bus Animalibus Vestro venereis agitatae ru-
bent Genitalia, & Penis ob solam Montis con-
stitationem, quae Nervuli quosdam irritantur,
rubescit, & extenditur.

Adco q; omnes Pruritus est Inflammationis

Species; Inflammatio vero oritur ab impedito
transfluxu Sanguinis ex ultimis Arterijs in
1^{mas} venas, unde in illis sicut pars crassior
dum tenuior per lateralia fluit vasa, sicq;
oritur Rubedo.

Causa Rubedinem inducentes s.
1^{mo} Omnes frictions, et compressiones et re-
misiones reciproce, ita ut fanales nunc
claudantur, nunc distendantur, & ab hac recip-
sione oritur grata perceptio.

2^{do} Omnes Fotus sive Applicationes Emolli-
entium, laxantium, tepida sive extor-
sive intorre: Fotus enim calore suo Aeris prop-
ionem minuunt; Humiditate vero sua vasa
laxant, ideoq; Sanguis eadem copiose ingred-
iatur, unde Rubedo.

3^{to} Omnia Emplastra densa & simul non
aerica, & tenacia et glutinosa; Hae enim poro
obstruendo perspirationem impediunt, indeq;
humores accumulantur.

4^{to} Cataplasmata similis, i.e., Corpora aqua
subacta & ad pullis tenacitatem cocta, adeoq;
modica rationis inter Emplastra & Aquam.
Hinc ratione aqua agunt ut Fotus, tenacita-
tis autem ut Emplastra.

5^{to} Omnes Suctiones sive a Sanguisorbis, sive
a Cucurbitis, sive a quacumq; alia causa pro-
venientes, Aeris etenim suctionem auferentes,
sanguinem in ptes ubi fiunt deducunt.

6^{to} Calor quilibet nostri eris calorem sup-
erans; motum enim fluidorum auget.

7^{to} Omnia Aerica Stimulantia, quae per
fibras extornarum ptiarum, i.e., Epidermidis
penetrantia, et in meatus proscime subja-
centis sese insinuantia lateribus vasulorum
sese infigunt, et motu vitali liquidorum
pulsu ita in Vascula agunt, ut eadem in-
de in 1^{mo} destructionis gradu constituentur.

(5. 41)

talia s.

1^{mo} Omnes p^{te} Aromaticae, in quibus Salt & oleum predominant; ut Ruta, Sinaapi, Nasturtium aquaticum, & hortense, Cochlearia, Raphanus, Urtica, &c. quae omnes Analysis chemica examinata multum olei tenuis & Salis continere reperiunt; praeterea Urtica Microscopio examinata maculae befida exhibet, quae in nostro imissa, motus tremulos et inflammationem excitant, unde si applicentur Membris paralyticis languidis & sopitis plerimum prosunt.

2^o Ex Animalibus etiam talia dantur; Porcum enim quae multum olei & Salis praebent, eundem in Corporibus nostris effectum producant; Sic quoque Carnes & Pelles putrescentes Salum alcalinum volatilem praebent, qui vellicando levem excitat inflammationem; Columba quoque recensiter trucidata & calida corpori applicata, ubique ad putredinem usque relicta inflammationem levem sive pruritus producant.

3^o Omnia Naturalia in quibus est Sal Alcalinum qualiscumque, sive fixus, sive volatile, sive Mercurialis; item omnia Acida non acris, omnia sive oleosa sive salina, vel fermentatione, vel distillatione facta, vel etiam expressionis modo non sint nimis acris.

Inflamatio haec sive Pruritus, sive ^{mus} doloris gradus, duos habet effectus, nempe

1^{mo} Solidorum attritum.

2^o Derivationem majoris liquidi copia in Vasa lateralibus & secretoria.

Gradum Doloris secundum excitant Epispastica omnia, id est, Medicamentum quae derivat liquidum in partem cui applicantur tanta vi ut vasa tenerissima rumpantur; liquor vero effusus ab Epidermide illata & in

vesiculas elevata retinetur idcirco Medica
 mta Epispastica debent constare ex pitibus, ac vive
 ribus & tenuibus, qua p Epidermidem illasam
 transeuntese sese infigant lateribus vasculorum,
 sudori, materia perspirabili & Lympha dicat
 orum, easq rumpant; Epidermidem non destru
 unt, quia pauca tantum habet Vasa, et vis
 vita in eadem admodum debilis e.

Medicamenta dictum effectum producentia s.

1^o omnes Phoenigni, sive Medicamenta rube
 facientia diu applicata; Sic Semen Sinapi
 applicatum 1^o ruborem inducit, si autem p
 duas horas maneat Vesicam excitat.

2^o Omnia quae Sale volatili acri & Oleo pene
 tranti quidunt, uti Ranunculus, Radices
 Thapsia, Raphani rusticani, Flammula
 Joris, Cyamini, Cere, Allia, Succo ex Euphor
 bio, Fithymalo, Stramonio, et similes succi
 acres purgantes, Siccivia Japonaria diu
 applicata, fermenta acria, fimus Colum
 barum praesertim earum quae Pabris pluri
 mum vescant, inde enim fimus Columbing
 Salis aeris plus obtinet, Cantharides uti
 et Venena nonnulla, puncturae Apis, Vespa
 & 3^o Ignis qui cum lentus fit rubefacit so
 lummodo, verum auctus vesicam excitat,
 idqz vlin mortuis ipsis, quoniam seipsum
 movere valet, cum alia Vesicantia inerti
 s, & ab alia Causa in actum deducantur.

Prorost
 & cadly ferrets
 & tow bread
 - Suctuca Aprina
 & Horn Apple

4^o Omnia Salina alealica tam volatilia
 qm fixa Olla omnia acria Aromaticaqz
 ina putrefacta, caro putrida.

Haec ergo adhibenda s. ubi maior motus re
 quirat, ad infarcta vasorum solvenda, et per
 stimulationem expellenda.

Coroll: ^{1^{ma}} Hæc omnia Medicamenta igne excepto
vices gerunt instrumentalis causæ.

Coroll: ^{2^{da}} non agunt nisi in solidas ptes
Gradum Doloris ^{3^{ti}} excitant Escharotica.
Eschara apud Veteres vocabatur Foculus Deorum
hinc deducta ad significandum crustam vi
foculi inductam.

Differunt hæc a Vesicatorij gradu tantum,
quatenus sic Epidermidem læcerant, & carnem
corrodunt; Itaque Placis s^t.

1^o Escharotica proprie dicta, quæ vascula
destruunt, ita ut liquida effundantur, quorum
pte tenuissima avolant fit Inspissatio, de-
in exsiccatio, quam sequitur Crusta; hæc q^{ue} liq-
uoris è vasis fractis erumpentis evaporationem
em impedit, unde liquor stagnando acris
evadit, & corrodendo ulterius penetrat et des-
truit omnia ac si Ignis esset.

2^o Omnia præ Vegetabilia, Animalia & Fos-
silia quibus ea inest vis ut possint vascula
destruere, et liquida expellere, et tenuissi-
mam liquidi ptem inspissando crustam
superinducere; Hoc modo agunt Vitrol-
um, Arsenicum, Aqua fortis Sapis infer-
nalis & similia.

Huc relulerunt Veteres sequentia, quæ non
aliò modo operantur qm præcedentia.

1^{mo} Caustica, quorum primarium è Ignis,
hincq^{ue} ea quæ instar Ignis agunt caustica
appellantur. Suntq^{ue}

1^o Spiritus acidi Profiles ex salibus, vq^{ue} mar-
ino, Nitro Vitreolo, nec non ex Sulphure vi-
ri ignis fortissimi distillato

2^{do} Metalla istis Spiritibus acidis soluta
utatur & in Crystallor redacta, uti Solis &
Luna Crystalli idem Mercurialia.

3^{tio} Semimetalla in iisdem Spiritibus soluta

uti Cobaltum, Antimonium &c.

(97)

4^{to} Spiritus Animalium alcalici, qui ex omnibus Animalium partibus, exceptis Chylis & Lacte, educuntur lentis Distillatione enim post Aquam & Phlegma quae primo exeunt, Sal volatile accendit, deinde liquidum fatens, quod Spiritus est, qui et in vivo applicatus praesentaneum est Causticum.

5^{to} Spiritus acidi, qui ex Salibus alcalibus fixis educuntur, Salia nimirum fixa ex vegetabilibus per incinerationem extracta, oleo commixta, igne intenso destillata abeunt in Spiritus acidos summe causticos, uti et Nitrum cum Sulphure combustum.

6^{to} Spiritus acidi simili modo ex arsenicallibus parati
7^{mo} Succus Vegetabilium acerrimorum, ut Ranunculi, Euphorbij, Saureola &c.

!! Septica quae talem mutationem Carni in ore vivo inducunt, qualem eadem in Cadavere aeri humido et calido exposito subire solet, i.e. putrefactionem. Cadaveris enim humores caloris vi agitate moventur, hinc per humiditatem fibras emolliens via ad evaporationem aperitur, qua propter partes Balsamicas aquosae humorum subtiles statim avolant, quibus remota Sal volatile foetidissimum & acerrimum erumpit, unde fit ut Solida & Liquida quae remanent in unam Massam dissolutam putredinem abeunt, h.e. putrescit Cadaver. Similem putrefactionem induerit Arsenicum aspartis cepis humiditatem conservantibus, mixtum, uti et Mercurius sublimatus corruvus ferrinacis humidis, & cataplasmatibus mixtus.

Coroll. 1^{um} Omnia Medicamenta dolorem excitantia a 1^o gradu Titillationis usque ad summum Destructi-
onis differunt gradu solo, quatenus quaedam magis

alia minus violento operantur.

Coroll. 2^{um} Hae Medicamenta propria vi nunquam agunt, igne excepto, si enim calidissime applicentur, ubi immota manent, nil agunt, sed si liquido commisceantur, sive in corpore continuo Motu essentente, effectus satis vehementes producant, Sic Oleum Vitreoli fortissimum congelatum, si sic admotum nihil efficit, contra vero liquidis corporis vivi admixtum.

Coroll. 3^{ium} Calor omnium horum Medicamentorum est causa excitans & stimulans, quatenus velocitatem eorum motus auget, Stiptica enim calidè applicata majori cum effectu solent operari; Erunt, ergo haec Medicamenta pro diversis caloris gradibus vel stimulantia, vel attenuantia, vel putrefaciuntia.

Coroll. 4^{um} Causa haec Medicamenta in actionem completam excitantes & Calor & Humiditas simul, non enim satis est ut in humido solvantur, nisi accedat calor ut stimulus, hinc in ore nostro optime agunt propter ejus calorem & humiditatem.

Hae de Medicamentis dicta sunt quae in solida agunt, iam de iis quae in Fluidis

Part. 2^a

De Medicamentis quae agunt in Fluida.

Discimus iam antea Fluidum nostrum considerari posse vel respectu particularum suarum ultimarum solidarum seorsim sumptarum, vel quatenus est Massa quadam ex particulis istis conflata.

Priori sensu consideratum quatuor mutationes subire potest, nempe

1^o Quolibet particula augeti potest, vel in sui in sua mole,

2^o Hanc vel illam figuram potest recipere

3^o Solidior vel minus solida reddi

4^o Hoc vel illo modo moveri.

(93)

Posteriori sensu sumptum pot: vel velociori mo-
tu projectili vltardiori ferri.

Caput ~~unq~~

De Attenuantibus sive Resolventibus.

Attenuantia s; quae vim habent singulas liquidi
moleculas in minutiores reduendi, eademq; dicuntur

Resolventia, quatenus liquidorum moleculas
praeternaturaliter coalescentes resolvendo, in natural
em reducunt Statum: Utraq; ergo agunt semper
dividendo.

Divisio autem explicito tantum fieri pot: nempe

1^o Cum Corpus dividens sese in dividendi poros
insinuat, & usq; ptes ab invicem seernit.

2^o Externo attritu diversorum Corporum.

Prus non fit nisi a fluidis aut ab ijs quae flu-
idorem indolem habent; Posterius solum habet
in omnibus ijs quae motum in liquidis nostris ex-
citare possunt.

Notandum vero Medicamentorum vires non
sola ratione, sed et experientia esse determin-
andas, ne in errores incidamus, uti solent ijs qui
ex fluiditate Spiritus vini colligunt eum atten-
uandi vi esse praeditam, cum tamen sanguinem
celerime coagulet, ut docet nos experientia; hac
posita cautela

Attenuantia s; ergo omnia illa naturalia
quae visum particularum ad coherendum tollunt.

Iste visus a duplici causa oriri pot: nempe
1^o a vi Particularum attractrici, quae singulis
materice particulis inesse videt; s; tamen non
adhuc satis cognita, et explicata e.

2^o a causa externa premente, sic duo specula
optimè polita sibi invicem imposita adeo vehe-
menter ab aere premente versus invicem ur-
gent, ut non nisi vi satis magna seynungi
possunt.

Hoc in loco considerabimus particularum
in se invicem visum tanq; a causa posteriori so-
lummodo profluentem, id eaq; particularum ab

in vicem Secesus, qui Attenuatio vocatur. fit solummodo ablatione ponderis prementis, cre vero nostro pondus illud nil aliud e qm multi liquidi in loco angusto congestio, und ptes in se urgent.

Optima ergo in hoc casu Attenuantia, haec nempe
I^{mo} Evacuaciones, uti Sangiferorum vasorum de-
pletio, Salivatio, Diuresis, alii dejectio &c, dempta
enim fluidorum pte, pti in cre relicta major con-
cedit libertas sese movendi, uti et ceteris atten-
uantib9 aditus paratur.

Notandum vero licet Vasorum Sangiferorum
evacuatio debita ad Sanguinis attenuationem
conferat, nimia tamen eandem impediatur, quon-
iam in hoc casu vasa sese contrahere nequeunt
eouq; ut Sanguinem contentum propellant, unde
fit ut Sanguis stagnet & coaguletur.

II^{de} Diluentia omnia quae particular^{um} suarum
interpositione tra a se invicem disjungant, talia
sunt
I^{mo} Aqua quae omnium optime diluit.

2^{do} Omnes Sales alcalini mites & volatiles, uti
Spiritus cornu Cervi, Sanguinis, Urinae, ex anim-
alium ptebus parati.

3^{to} Omnes Sales alcalini fixi plantarum inciner-
atarum, non admodum acres, ne rodent.

4^{to} Sales volatiles Ammoniaci omnes, qui con-
stant Sale volatile & acido unitis, ita tamen ut
Alcalinum non vero Acidum predominet, ali-
os enim coagularent.

5^{to} Sales omnes volatiles oleosi acres, ex sale vo-
latili & oleo combinati.

6^{to} Omnes Sales fopules ut Sal marinus, Nitrum, Bor-
ax non vero Metallici, ij enim increpescunt quia con-
stant ex terra in acidis soluta.

7^{mo} Omnes Saponis Artificiales qui nullis exceptis
semper resolvunt & attenuant, ut et Saponis natur-
ales plantarum, et Succis earum Aromatici.

8^{vo} Extracta ex his facta; & tandem vina om-
nia modo Acidum in ijs non predominet.

III^o Omnia quae p attritum minuunt ptes
liquidarum, et hoc dupliciter potest fieri.

1^{mo} ab aucto Intestinatorum fluidorum motu.

2^{do} ab aucta Solidorum vi.

(A) Motus intestinus fluidorum q^uo modis augetur?

1^{mo} Calore, sed revera parum admodum hic efficit, quia naturalis calor noster non est causa sed effectus attritus fluentis liquidis; Calor vero artificialis, si magnus sit, exciicat, si parvus effectum caret; et quidem humidum calescens hic solummodo ex uno esse potest, ut Balnea, Totus &c. Saepenumero autem accidit, ut cum non bene temperata stratione status aegri, coagulant non attenuant.

2^{do} Ab Effervescentia; talis autem prout a Chemiceis definitur, nempe quod pugna salium oppositorum inter se cum magno calore & effervescentia, in nobis fieri nequit; uti nec ea quae fit inter Spiritum acidum & oleum, ut inter Spiritum vini & Spiritum Nitri; nec ea quae fit inter terrena & acidia.

3^{tio} a Fermentatione; ast nec illa in nobis fieri potest. desunt enim requisita ad fermentationem, imo et eius effectus, nempe Spirituum ardentium productio, ij enim in nostris liquidis nunquam deprehenduntur.

4^{to} A Putredine sed cum haec non nisi in liquidis corruptis aut saltem jam jam consumpendis obtineat, si foret in ere nostro destrueremur.

Omnes ergo haec quatuor causas excepto humido calente, in eribus nostris ad attenuationem liquidorum nihil conferunt.

(B) Motus Solidorum q^uo modis augetur, nempe vel per ea quae vi externa oscillationes magnas excitant, vel per stimulantia interna.

Huc itaq^{ue} pertinent frictiones, quae comprimendo & lascando alternatim vasorum superficies motus & attritus augent.

Coroll. 1^{um} Ergo patet quod Actio attenuantium & resolventium non tam facile concipi, ac determinari possit, ac nonnulli immaginantur. Miramur saepenumero cur levis Inflammatio non nisi difficilliter dissipetur, uti & cur Sanguis a contusione effusus et coagulatus diu haereat; cum tamen huius ratio sit, quod Medicamenta debent agere in istam potius partem affectam, quam in totum corpus.

Unde vero determinationem in istam partem possunt accipere? ponamus enim quempiam ad attenuandum Sanguinem in quadam crisi parte concretam superasse & cupuslibet Salis volatilis, hæc quantitas miscetur cum tota Sanguinis Massa, que ad minimum est triginta librarum; quantitas ergo pari est que circulationis lege ad partem effectam perventura sit?

Coroll 2^{um} Ergo Medici prudentis, est precavere potius ne Sanguis in coagulum abeat, quam ut eundem jam coagulatum resolvere necesse habeat ex cautela hujus neglectu.

Cap 2^{um}
De Inerassantibus & Condensantibus.

Inerassans sive condensans est quod liquidorum particulas tenuiores expellens crassiores arte magis inter se compingit.

Experientis in Britannia captis constat, quæ præter partes suas solidas multos habeant meatus, qui physice pro vacuis haberi possunt, quique exi ingrediendi minime resistent; Ergo Inerassans agit minuendo istos meatus, quod fit compressione partium solidarum ita ut propius ad se invicem accedant, hocque fieri nequit, quin simul particula liquidiores & tenuiores exprimant.

Inerassantia s.
1^o Omnis Calor satis vehemens sive a foco, sive a Sole, sive a frictione ortus, hujus effectus est movere liquida, & proinde augere tritum ad vasa, unde sequitur expulsio liquidissimorum relictis crassioribus & minus mobilibus, que tum coeunt, adeoque nullum liquidum in ore nostro quoad ignem non inspissatur; Ergo Calor liquida inerassat, quod vero eadem aliquando dissolvat, id efficit agendo in solidas, eaque stimulando; Fluida vero immediate & per se nunquam attenuat, imo stimulatione finita tandem fit Inspissatio.

2^o Omnis Motus muscularis nimis vehemens, is enim Secretionem sanctorianam s. auget, deinde specie sudoris expellit lympham, et

et qd exprimi non pot: inspissat; idem Motus aliquan-
do attenuat, modo non s nimis vehemens, id vero
facit quatenus vim contractilem vasorum auget,
eoruq actionem in fluida promovet. Si motus
hic muscularis nimis exercitatus s, tum monente
Hypocrate Sanguis quasi astat, oriturq, Causus,
nisi aqua potu precaveat.

3^{to} Motus Sanguinis circulatorius nimis vehe-
mens; ille enim auget applicationes particularu
ad vasorum superficiei; nam ut Velocitas fluidi
ad velocitatem, ita applicatio ducta ad applicati-
onem; Sit itaq duplo velocior sit motus projectil-
is, ceteris paribus duplo major quoq, erit der-
ivatio versus lateralia Vasa, quae cum rectis
minora s, liquidissima sola eaq, satis larga
copia admittent, unde particulae quae recta
ferunt, inspissabunt et quasi solida fient avi-
vitali pone urgente. Motus hic etiam aliquan-
do attenuat, s non nisi interim multum bibat,
ut amissum restituat.

4^{to} Omnis Motus excretorius nimis auctus; quia
siz liquidissima nimium extra corpus deridit,
ut fit in nimij sudoribus, purgationibus, Diab-
ete &c

5^{to} Quaelibet causa externa vasa comprim-
ens, haec enim liquidissima expellit, prout
apparet in ijs qui sodinas, ubi pressis aeris-
magna s, ingredunt. S enim frigent, quia
transfluxus p externa minima Vasa aliquan-
tulum impedit, paulo post sudant, non ab o-
calore, uti docet Thermometrum, sed quia vis
Cordis manet, vasorum tamen capacitas imin-
uit, qua propter eadem liquidicopia p
Canales iam angustatos transmittit, unde
major fit motus & attritus & consequenter
Sudor.

6^{to} Omne Medicamentorum genus qd pot: pra-
cedentia quinq, vel excitare, vel augere, qualia s
omnia Stimulantia, Sudorifica, Emulica &c quorum
abusus liquida inspissat, hinc in Morbis a Crasitie

Humorum dependentibus infelix sequitur effectus,
Si Sudorifera adhibeantur, cum diluentia tantum
inducuntur.

Coroll. ^{um} Omnia Remedia quae sanguinem ad
datum gradum inspissant, corpus nostrum corrob-
orant, & ad bonitatem disponunt, Si enim debita
Sanguinis Crassities abest, liquida nimis uberi
copia in vasa lateralibus derivantur, & aere seced-
unt, unde perit Robur, quod consistit in magnit-
udine venarum & Arteriarum & debita Sanguin-
is p. illa fluentis crassitate & firmitudine, ut in San-
guine Rusticorum vena sectione educto constat.

Coroll. ^{um} ubi Sanguis nimis tenuis est, valido mus-
culorum motu de novo compingitur & generari potest
ut in Phthisicis.

Caput 3^{um}

De Aerioniam Inducentibus.

Per Aerioniam intelligimus eam eris figuram,
cuius ope vim suam Mechanicam secundum exig-
uam superficiem alteri eris applicare potest.

Eræ aëria possunt esse infinita ratione figuræ, possunt
enim esse conica, & Pyramidalia & sic Gladius,
Cultus, Planum inclinatum, Curvus & Tetraedra.

Vis sive Momentum illorum sicut et omnium
corporum expliciter considerari potest, nempe
vel absolute, vel specificè; Momentum absolute
illud dicitur quod habetur esse velocitate eris in quodam
pondus ducta; Specificum vero desumitur ex resis-
tentia ad momentum absolute comparata,
e.g. Si sit duo eræ quorum unum habet unum pon-
deris gradum, & velocitatis unum, alterum vero
duos ponderis gradus & totidem velocitatis, mo-
mentum absolute 1^m erit ad momentum ab-
solute secundum, ut velocitas 1^m in pondus
suum ducta ad velocitatem secundum in suum
pondus ductam, id est, ut unum ad quatuor;
Si iam supponamus hæc eræ in alia resistentia
ea lege impingi, ut resistentia quam secundum
invenit, sit quadruplo maior ea quam invenit
et primum; eorum momenta specificæ erunt
equalia

quod si resistantia secundi maiori adhuc ratione
excedat eam ^{1^o} tum Momentum specificum ^{1^o}
momentum ^{2^o} excedet

Hinc quo minore superficies resistens, in
quam particula aliqua aeris impingit, et quo
plus ponderis et velocitatis habet particula,
eo maior erit illius effectus.

Omne corpus blandum aere fieri pot: et contra
In nobis autem alicia aerea spe poss^t nempe
vel ibi nata, vel extrinsecus illata.

Blanda aeria sunt expliciter, 1^o mutando
figuram antea obtusam; 2^o removendo in
volucera in quibus aeria involvunt.

In statu sano nulla ferè in nobis aeria,
nam si quae s^t, statim extra corpus eliminan-
tur, uti Bilis & Urina, ergo innata aeria hisce
duobus exceptis nulla.

Aquosa enim pars, qua maximam liquid-
orum partem in nobis constituit, nunquam fit aeria,
ut patet in distillatione sanguinis.

Partes terrestres in nobis fere nunquam mutantur
in aeria, saltem nondum experimentis
hoc fieri constat; quandoq; in Calculo oriuntur
particulae aeres, haec vero s^t particulae salinae
cum terrenis commixtae, adeoque in alijs partibus
quaerenda s^t aeria.

Oleum nostrum Materiae blandissima
vulneribus enim instillatum lenit, idem vero
mutatur in aere; Si enim quis multum olei
sumpserit, brevi rictus nidorosos emittet, et
mutabitur oleum in substantiam acerrimam
aspa adurentem, et ulcerantem.

Sales etiam acerrimi fiunt si nimio motu
& calore atterantur et explici de causa aeres evad-
unt

1^o Omne q^d sanguinis velocitatem et con-
sequenter

attritum aaget, mirifice in nobis Sales acres pro
ducit.

2^{do} Quicquid liquida attenuat Sales plerumq;
acres facit, unde enim multiplicantur Angulicæ
quibus Aredo dependet.

3^{tio} Omnis modus resolutionis idem facit, pler
enim, quæ concreverant, resolutæ et à globoso
contactu liberatæ accrescunt. Aere etiam ori
tur in nobis ex putrefactione quæ stagnato
nem sequit^r p^r calorem enim et motum vasoru
vicinorum fit continuus attritus in stagnante
humore, & figurarum inde mutatio.

Aere in nobis orit^r triplex.

1^{mo} Acidum acre q^d fit stagnatione sibi ex veg
etabilibus, quæ si diu manent in Ventriculo,
acerrima evadunt, nisi simul aliquid ex
animalibus commistum fuerit, Lac vero etiam
si sit liquor animalis, excipiendum, nam et
illud in ventriculo sæpissime accipit.

2^o Aere oleosum; Omnia enim eris nostri
liquida si modo calori alicui, qui eris nostri
calori æqualis est exponant^r, dissolvunt^r et in
gentem fetorem concipiunt, i. e. putrescunt,
quæ putrefactio a Sale volatili & oleo proced
it, nam si deinde distillaveris Salem & oleum
quod remanet erit insipidum & inodorum et
si oleum a Sale liberetur non amplius fet
et, unde patet oleum putrescentiam suam
a Sale habere, qui tamen dissolvi debet ut
fetorem excitet.

3^{tio} Aere Alcalinum.

Aeria quæ ab extra in era nostra adferunt^r
s^ut diversa, nempe

(A) Popillia & Mineralia quæ integris virib^{us}
corpus ingrediunt^r, & non facile mutant^r, ut Sal
gemma, Borax, Amoniacum veterum, Vitriol^{us}
Petrum, omnia Salia metalla; hæc perti
ent quoq; terrestria, ut Alumen, nec non falso

olea dicta, ut oleum Petre.

(B) Acida aëria, quæ vel volatilia s^t fixa, volatilia minus ponderosa s^t. hinc minus corrodunt, suntq^{ue} naturalia, ut omnes Succi fructuum horarum, viz Cerasorum, Pomorum &c. vel arte facta viz, p^{er} fermentationem, sic ex musto fit Vinum, ex es Acetum, hæcq^{ue} aëria levissima s^t; Fixa vero ponderosiora s^t, hinc acriora, quo enim acida ponderosior s^t, eo s^t acriora, ut patet ex aceto & oleo vitreoli, illius enim pondus ad hucusq^{ue} ut s^{um} ad 9; fixa acida s^t omnes Sales fossiles in liquamen conoerit, ut Oleum Vitreoli &c

(C) Alcalia aëria quæ vel volatilia, vel fixa s^t, fixa s^t, quæ tamen habent terram admixtam, si qua liberata s^t volatilia, hinc fixa acriora, quoniam ponderosiora.

(D) Acida aëria quæ vel expressa vel distillata s^t priora ex se semper s^t blanda, tempore aëria fiunt, posteriora fere omnia aëria s^t, quæ si in nobis non digerant^{ur}, seu viribus vitæ superentur, sunt acerrima, ita ut instar ignis urant; hæc simul aëria & tenacia s^t; hæc pertinent spirituosæ, qualia s^t omnes Spiritus fermentati qui acerrimi s^t, ut patet ex Spiritu Vini.

(E) Sales ex Vegetabilibus sive Animalibus; ex Animalibus s^t Sales Ammoniaci; ex Vegetabilibus s^t vel essentialis, uti Mel, Manna, Saccharum, vel Artificialis, qui ex succis plantarum succulentarum expressis & calore inspissatis frigoris vi coquantur in crystallos in aqua solubiles, qui omnes in ertione s^t, vel sunt fermentatione producti uti Tartarus qui post depurationem vini lateribus vasorum adheret.

(F) Omnia aëria aromatica, quæ oleo & sale aëri conjunctis abundant; hæc callida s^t, odora saporis acris, ut Piper, Zingiber, Cypæ, Allium, Arum, Cinnamomum, Galanga Cassia ligna, Caryophylli, Nuc Moschata, Cardamomum, Macis, Nostrag^{us} Europæa Aromatica, quæ omnia s^t stimulando agunt, et si nimia copia assumant^{ur} acidurunt ventriculum, & reliqua

viscera.

(q) omnia erant dolorem excitantia, de quibus
in Cap: de Solventibus.

Cap 4^{um}

De Demulcentibus

Demulcentia est, quae humorum nostrorum
morbosorum particulas acres obtundunt, non
figuras eorum mutando, sed solummodo eas in
volvendo, & quasi in vagina includendo, sic
Capula continens acies, cultros, aliarum instru-
menta acuta dici potest: illorum aere in demulcentia

Demulcentia est & generalia, quae omnium ac-
rium genera qualiscumque sint naturae esse
aquo involvunt, vel specifica, quae certam aerem
speciem.

Classis Demulcentium Generalium est.

1^a Omnia oleosa his quatuor capitibus contenta,
1^{mo} olea esse Seminibus farinaceis maturis re-
center expressa, uti est Amygdalis, Avellanis,
Seminibus 4^{is} frigidis majoribus & minoribus
Papaveris &c.

2^{do} Omnia Infusa aquosa ex leguminibus far-
inosis, in tenacem Mucilaginem redacta, uti
est semine Hyperici, liliorum alborum, Solani,
Violarum, Torfoli odorati, Verbasci, Semen Tom-
orum cotoneorum.

3^{tio} Unicum Oleum Stillatitium non acre viz
oleum Cere.

4^{to} Olea Animalia nativa, uti Butyrum ce-
cent, Cremor lactis, pinguedines secreta et
collecta, imprimis Animalium Medullae,
item pinguedines extra ossa praesertim
tinea, & Mesenterium collecta & circa Asnes,
sic et Gallinarum, Anserum, Anatum, &
pinguedo.

Haec Demulcentia usum habent optimum,
ubi signum multum acrimoniae adsit, imo
vix acerrima vice enervari possunt,
interne sumantur multumque prosunt, ubi
sanguis multas particulas acris plenus
est, sic in Scorbuto pepino si ager licet.

languidissimus, assumat jejunio ventriculo
 receptis vicibus cremorem Lactis, Prutyrti
 recens, et que omnium optima e, medullam
 animalium, mirabiliter curabitur: sic et
 illis quibus ossa adeo arida st ut non sine
 strepitu movere possunt, assumpta medulla
 plurimum confert; Sic et in Arthritica
 vaga Rheumatismo deela nihil magis qu
 vat qm oleum lini ad ℥ij assumptum quo
 libet mane.

II Omnes p[ar]tes insipida inodora mature
 ex quibus non habetur Oleum, sive forma
 emulsionis, sive Infusionis, sive Decocti,
 sive pasta alicujus assumpta.

Qui olea cruda prima Pressis numero?
 contenta ferre nequeunt, hæc assumant, in
 his enim p[ar]tes oleosa alijs involuta latent;
 operantur partim ratione sui glutinis, q
 aëria investit cre nostro, partim olei
 t[er]ti ratione; Talia st Decocta Althææ,
 Porraginis, Malvæ, omnium graminum,
 Præce Ursina, Mercurialis, Parietaria,
 Violarum, Verbasci, Siliorum Alborum, Cu
 cumerum; Peponum, Melonum, Citrullorum,
 Lactuce, Papaveris, Nymphaearum, Symphyti
 Sem. Cycloniorum, Succo Fragorum; horum
 præparaciones omnes st demulcentes, & parum
 refert quales st; quales ne sola Lactuca
 assumptione curat P[er]this; notandum aut[em]
 hæc non prodepe, ubi aere contum e & in
 spissatum, p[er] in acerbis calidis, in quibus
 plurimum juvant; unde Veteres contra
 Venena præscribere lactucas, Malvas, cu
 cumeres &c

III Omnia Semina ex quibus exprimi pot[est]
 Oleum, et inde fieri pultra sive Emulsiones,
 Galia st Amygd, Pistac, Hordeum, Avena, Trit
 eum

Jecale, Ayyza, Milium, Juglandes, Avellanae, Semen Desponum, Citrulloriam, Siliorum, Nymphae Sini.

IV Gummi viscosa & insipida, imprimis gummi Tragacanta, Serasorum, Pomorum, Pyrorum &c in aqua soluta; optime enim haec operantur; & etiam Mictum cruentum, in Varicolis placide curant.

V. Omnes Animalium sanorum partes succulenta, & concrecentes (exceptis bile & urina) omnes enim v^o oculo v^o vulnere absq^{ue} doloris sensu ad moveri possunt, omnes itaq^{ue} gelatinosae partes quae in Animalibus coctis habentur prosunt, Ova enim, Carnes, & omnia partium solida pinguedine dempta, in gelatinam redigi possunt. Suntq^{ue} Gelatina nil aliud q^{uam} succi nutritij v^o solidis coctionis vi expressi, uti ex Cornu Cervino patet, post coctionem enim nil inde restat praeter Caput mortuum; Sic Caro ad consumptionem humidi cocta, si modo distilletur, nil praebet praeter Oleum Empyreumaticum: Decocta & Gelatina tendinum, Membranarum, intestinorum, viscerum & demulcentia; Quapropter innumeris Morbi a sola Aereidine orti Sciata ex hisce pisculis facile curantur.

Classe Demulcentium Specificarum.

I Omnia Terrestria absorbentia dicta, quorum nonnulla licet ob figuram proledentibus & vulnerantibus estimanda s^{int}, attamen demulcent, quatenus acria acida occurrentia illud absorbendo enervant, sic Chalybis Simatura, etsi spicula habeat acria, tamen oleum Vitreoli enervat.

Acidi absorbentia s^{unt} Sculi Panerorum Testa calcinata, Corallia, Margaritae omnes, omnia Ostracodermata, Mater Peralarum, omnium Piscium ossa, omnes calces ab Animalium

partibus combustis restantes; hoc omnia Acidum absorbent, et si juncta tertium corpus dulce constituunt; Huc pertinent Lapides nonnulli, uti Percear, Lapis Hystericus Pedro del Porco dictus, qui quatenus insipidi, nullam aliam habent vim quam demulcendi; Sed si adit Sapor, tum alia ratione agere possunt, sic Lapis Hystericus quia natura e saponacea stimulando agere potest, nil specifici habet præ cæteris stimulantibus: Acida quoque absorbent omnia terra nativa, ut Argilla, Cræta omnes, Bolus Armena &c. item Calces nonnullorum Metallorum, Marcasita, Chalybs, plumbum, Stannum, in pulverem redactæ; Hac imprimis acidis opponantur; his venena maxima & acerrima demulceri possunt. Sic Mercurius corrosivus, cum limatura Chalybis multum contritus innocuus evadit. Sic et Vitriolum quod Chalybe saturatum est, medicamentum innocuum, sic Lapis infernalis omni vi sua caustica per Chalybis limaturam vel similem privari potest, imo si cum oculis Cancerorum conteratur.

Omnia Acida, quæ respectu Alcalinorum sunt demulcentia, licet per se considerata acerrima sunt talia sunt.

1^o Jucci recentes fructuum horæorum maturorum & acidorum, uti sunt Cerasa, Mespili, Uvae, Pyra, Mala, Ribesia, Morate quæ Medicamenta præstantissima sunt, in morbis ubi acidi peccat, uti in Pestes, Variolis, Morbillis, febribus ardentibus, &c.

2^{do} Serum lactis subacidum, hæc erant gratum, Lac ipsum accensum; hæc Alcali sive fixum sive volatile obtundunt, sic Sulpicius observavit Siarham nepiman.

ab Alcali bilis prædominantis ortam solo usu lactis & butyrati sanatum esse; ab hujus etiam frequentè haustu Tertianam curatam vidi J. Boerhave.

3^{to} Omnia fermentata Acida ex omnibus Fructibus hercis, sive ex farinaceis parata, Acetosa dicta (hæc potius diaphorica coagulant) Hinc Vina Mosellana & Rhœnana optima s^t in i^s morbu, in quibus setis intensa, & bilis admodum vitiosa, addito Spiritus Salis Ammoniaci nauocello: huc pertinent acida distillata, & fermentata, et Tartarus crudus qui est acetum siccum: huc pertinent et pulvis per aliquot dies in calore retentæ indeq; accrescentes, Anglis Plummerij dictæ.

4^{to} Omnia acida ex fossilibus ponderosioribus; hæc plurimum alcali absorbent, antè absorptionem vero multum corrodunt, Suntq; v^l nativa, uti Petrolæum, v^l artedistillata parata, ut Spiritus Salis marini, Sulphuris, Vitreoli; hæc alcali saturata corpus blandum constituunt, ut liquet ex Tartaro vitriolato.

III. Omnia Alcalia respectu omnium acidorum.

Per Alcalia vulgo 3^{ta} Salium generem intelligunt, nempe

1^o Omnia Salia fixa ex Vegetabilibus, crematis extracta; hæc maxime rodentia s^t, & omni acido opposita & post conflictum cum illis blandissimum corpus constituunt.

2^o Omnia Salia Volatilia Alcalica, ex v^l stabilibus, post pl^utarum putrefactionem distillatione educta.

3^o Salis volatiles Alcalici ex Animalibus distillatione educti, & urinosi dicti; omnes animalium p^{tes} putrefactæ talem t^{er}re.

exhibent Salis fixum Alcalinum.

89

Omnia Spirituosa ardentia respectu acidorum, sic Alcohol vini cum acido aliquo Spiritu, uti nitri aut Vitrioli spiritus, aut salis, aut aqua forti digestum, vel distillatum eorum Aciditatem destruit.

Hinc jam consideratis patet, quoniam et Antidota Mechanicorum, sive Chemicorum venenorum, per quae intelligimus omnia illa, quae ratione motus & figurae effectus suos producant, uti et vitra contusa, Crystalli, Metalla, quorum antidota ea sunt quae apta sunt venena ista involvenda.

Alia sunt Venena quae coagulando agunt de quibus postea.

Capitulum

De Immutantibus

Immutantia sunt quorum ope particulari fluidum componentium figurae ita mutantur, ut inde magis minusve ad purgandum apta evadant.

Immutantia multa esse censentur cum paucissima sunt, et revera attritus solidorum in fluida contenta videtur esse sola et unica causa efficiens immediatam mutationis figurae in particulis istorum fluidorum; quae enim Mutationes fieri solent in fluidis ab effervescencia aut fermentatione locum non habent in nostro corpore, uti antea dictum est.

Per dictum attritum duo fiunt, nempe

1^o Particulae lentiores, hebetiores, et crassiores impinguntur cuspidibus aliarum partium, unde fit ut rigidiores particulae flexioribus involvantur.

Hinc patet ratio cur Sales in nobis ita mutantur, ut post viginti quatuor horas omnem suam acrimoniam deponant.

2^o Partes maxime flexiles maxime mutantur: tales enim maxime donantur superficie, et minima soliditate, adeoque minimam habent vim resistendi, &c. Particulæ angulosæ maxime mutabuntur, anguli enim abradentur, & ex angulosis evadent globosæ & obtusæ.

Attritus hic variatur pro varia celeritate circulationis fluidorum in nostro corpore; adeoque immutare liquidæ est immutare gradum velocitatis Circulationis.

Jam vero quærendum restat quinam velocitatis gradus ad hanc illamve mutationem inferendam sufficeret, ad hoc solvendum ponamus aliquem varia sumpsisse ciborum & potulentorum genera, uti Carnes, Salitas, Acida &c. Si regularis sit motus circulatorius, omnia illa ingesta blanda reddet & innoxia, si vero motus ille a qualibet causa uti a febre augetur, ex iisdem ingestis fiet Mæsa erapa, depravata, & ad putredinem vergens. Hinc concludimus.

1^o Motum lenem et æquabilem omnia blanda producent.

2^o Motum solito minorem fluida præcipue Phylum in materiam acidam convertentur. Sic in pueris & Infantibus, nec non Feminis Phlegmaticis, Quibus quiescentibus, morbi sæpius ex acido, Hincque yurantur Salibus volatilibus - Chalybeatis, Hæmorrhæmibus. &c.

3^o De velocitate nimis aucta omnes particulas acquirere acridinem, eamque quam volatilem alcalinam vocant.

Cap: Cum
De Diluentibus
Diluentia s^t quæ fluido permista

Partes eius magis fluidas reddunt, ita tamen ut
ut ea non immutentur.

Fluidum vocatur ea, Massa cujus partes minimae
ubi invicem continuae, & tamen facile separari possunt.

Fluidius ergo reddere est facere ut minori vi
partes ab invicem sint separabiles, hoc autem
faciliter fieri potest, nempe primo particulas
singulas in minores dividendo, qui modus
est huius loci, 2^o diluendo sive aliud admiscendo
quod haec debet habere conditiones, nempe

- 1^o Quicquid diluit, debet esse fluidum.
- 2^o debet esse fluidius humore diluendo.
- 3^o debet post Miscelam retinere fluiditatem.

Corpus huic conditionibus praeditum praeter
Aquam nullam est; Dicitur quidem Vinum diluere
eius vero vis diluens dependet ab aquositate
sua vi stimulantem conjunctam. Olea massam
potius impenetrabilem reddunt, Spiritus fermentati
plerumque Massam coagulanti, non diluunt.
Salis et solidi adhaerentes non habent diluentium
conditiones, sed stimulando attenuant. Terra
quoque solida et inertis est.

Ergo si diluendum est, Aqua uti oportet.

Theorem: 1^{um} Aqua calore adjuvata diluit magis,
hinc aqua calida optima.

Theorem: 2^{um} Particula salina stimulando,
aqua calidae actionem multum promovet, ergo
si sumamus salem Marinum, Polychrestum, Am
moniacum, vel Boracem cum aqua, effectum dilu
tionis optimum obtinebimus.

Theorem: 3^{um} Motus respirationis auctus, nec
non voluntarius summa est Adhucula; hinc ubi
cita dilutione opus est, ut in Pleuritide, Peri
pneumoniae & acri quantum possunt respirant,
nam praeter effectum Pulmonis moti proprii
autem humorum attenuationem, in super eadem
actione comprimuntur Venter & Intestina,
unde aqua diluentis citior inde repulsio, et
in vasa lactea derivatio, hinc quoque ductus

Chyliferas magis perices inveniunt, unde aquae per eundem fluxus accelerat. Sic quoque motu musculorum seu voluntariorum, augetur transitus liquidorum, quod maxime est, visum in morbis chronicis, ubi constat liquida inerasata esse, hinc qui talibus affectu in morbis saltent, gladiantur, ambulant, omnesque vehementes actiones exercent, iterata interim aquae potatione, multo enim melius se inde habebunt, ut et hoc equitatione, uestitione in Rheda & similibus.

Capitulum
De Coagulantibus.

Coagulantia sunt, quae partes fluidum constituent in Massam strictam & conerescentem mutant, ita ut multa particula sub una superficie moveantur.

Hoc explicit fieri potest, nempe.

1^o Expellendo partes fluidissimas quae caeteras inter gaudent.

2^o Uniendo partes inter se, viz inter fluidiores quiddam interponendo quod eas inter se necesse sit ut in maiores obeant moles & amplius fluere non possint. Quae sanguinem hoc modo coagulant, semper perniciosa sunt, et intra corpus admitti vix queant, quin statim mortem arcessant.

Clases Medicamentorum quae fluidum nostrum modo coagulant sunt duae, nempe

I. Expellentia sive Expellentia proprie dicta.

II. Absorbentia, quae liquidum intermedium tenuius intra poros suos accipiunt, unde reliquum crassius evadit.

Priora humorum nostrorum copiam minuunt, Posteriora augent, sed haec non adeo facile in nobis operantur, ac nonnulli imaginantur, assumpta enim lactea ingredi nequeunt.

Coagulantia sunt, ^{maxime} Capis sunt.

Inter vegetabilia.

1^o Omnia ea quae cum Martis vitriolo comata naturam nigram terribilissimam solent producere, esse, gr: Galbae, quae cum liquidis nostris

mixta, uti et cum lacte Albumine ovorum, Saliva,
 eadem coagulanti, sic Succus Rosarum rubrarum re-
 center esse prepus, item fere omnes Succi imaturi, nucis
 Juglandis, praesertim earum cortices, cortex & flores
 Cynamomorum, Succus Acacia immaturus, Mespilorum, ^{non hinc}
 Omphacij, Ribesiorum, Cotonicorum, & similes plurimi. Quic-
 Succi ore retenti Salivam coagulanti, & si tales quales - succus ex
 et sanguinem attingant, uti si venis injiciantur et
 coagulant, & Polypos in Corde & Arteria Pulmonali uris
 producant, eorundem vero nonnulli, si maturis
 attenuant aliquantulum.

2^{do} Spiritus Acidi fermentati, praesertim si habeant
 vires maxime concentratas, id est, si ad summam reducti
 et Aciditatem, nam Acida simplicia sive diluta
 ut acetum simplex, non coagulant, sed potius dil-
 uunt.

3^{is} Omnes Spiritus fermentati ardentis ad eam sub-
 tilitatem perducti ut mereant nomen Alcohol
 sive ut pulverem pyrium flamma sua accendere
 possint, hi ex omnibus Vegetabilibus haberi possunt,
 one fermentationis 1^{mo} ad vinositatem deducuntis,
 dein ad Acetum; Si enim distillatio fiat antequam
 aciditas supervenerit, fit Spiritus inflammabilis,
 qui ipsam salivam coagulat, hinc praesertim
 agunt practici commendantes hosce Spiritus
 in nimia humorum tenacitate.

Inter Popilia coagulanti

1^o Salus vitreolici, uti et Vitriola Martis,
 Plumbi, Suncis, Cuprae, Mercurij, item Alumen
 et Mercurius sublimatus, si tam parva quanti-
 tate sumantur ut solummodo stimulent non autem
 dissolvant, sic lapis infernalis minori quanti-
 tate coagulat, majori vero dissolvit.

2^o Omnes Spiritus acidi & Popilibus violento
 igne reducti, ut Spiritus Sulphuris, qui si apper-
 rat, id agit quatenus solida stimulat, hic vero
 loci considerat quatenus immediate agit in-
 Siquidem, eorum coagulat, si cum ijs misceatur;
 idem efficit Spiritus Salis gemmae, marini, Al-
 uminis, Vitreoli, Nitri, Aqua fortis ex vitriolo &
 Nitro, sive ex Vitriolo & Alumine, sive ex Nitro
 et Alumine, inter haec maxime coagulant Spir-
 itus

nitri et Aqua Fortis.

Omnia applicem in nobis vim exercent, nempe
 1^o Aquantia solida, eaq; corroborant, ee, in contrac-
 tionem stimulant, unde majori distensioni & conse-
 quenter cordis actioni magis resistunt, hinc mul-
 tus eorum motus augetur, eorumq; actio in hujus-
 uida nostra major evadit, unde liquidorum
 attenuatio, fluidissimarum partium dissipatio,
 atq; deinde Bagulum.

2^o Liquidis nostris sufficienti quantitate permis-
 ta ea protinus coagulant, hinc videmus quomodo
 idem solvens & coagulans simul esse potest

Ad 3^{am} Classem Bagulantium, nempe quatenus
 absorbent, pertinent

1^o Omnes terra exusta, nativa pingues absq; resur-
 ione, ut Creta, Bolus, Terra sigillina omnes, terra
 Argillacea, qua quo plus exusta & tenuis eo
 magis absorbent.

2^o Omnia Testacea in cineres vi ignis redacta,
 ut Concha marina exusta, unde Calx, prae-
 tim Chelides Cancrorum, Ostrea, Corallia, Mater
 Perlarum.

3^o Omnes Partes solida et fluida Animalium
 ut Offa, Cornua, Caro, Membranae &c. qua in
 cineres redacta coagulant, & Stiptica s^t, uti hepas
 tostus, Sanguis vitus &c. omnia qua in cineres in-
 sulsos reddici possunt.

4^o Calces Metallorum vehementi igne exustor-
 um, ut Colcothar Vitrioli, quod ore asumptum
 ipsam Salivam coagulat; Sic Vitriolum Martis
 summo igne reverberat: sanguini calide appli-
 catum eundem instar lapidis durum reddit.

Capitulum 8^{um}.

De Morventibus.

Duplex in liquidis nostris considerari potest
 motus, unus nempe intestinus particularum, quem
 hic minime consideramus, alter quo fluida nos-
 tra per vasa durante vita nostra circumagunt.

Morventia ergo erunt, qua motum liquidorum
 per vasa accelerant, vita nostra circumagunt.

Ad fluidi nostri motum Circulatorium &
 requirunt nempe

1^o Vis Cordis in fluidum, utpote a qua principia motus dependet, cum autem ea non sit continua & interrupta, ne motus pereat requiritur.

2^o Arteriarum Contractio; qua postea tum requiritur.
3^o Ipsius materiae transmittendae fluiditas, quae nihil aliud est quam facultas secessus partium a se invicem absque notabili resistantia.

4^o Vasorum laxitas sive libertas, i.e. minime resistantia versus extrema, ita ut vasa se libere explicare & distendere possint.

Quicquid ergo vires Cordis & Arteriarum, vlliq. vidi fluiditatem, v' vasorum dilatabilitatem auget, idem movens est, praecipue vero q' Cordis vires ad auget, per auctionem enim Cordis motus quoque augetur omnium humorum & inter caetera liquidi nervosi Secretio, quod in Cor magis copiose influens si novas addit vires, unde circuitus magis adhuc ^{pro} movetur et acceleratur.

Clapis Moventium sunt tres.

1^a Clapis continet,

1^o Stimulantia omnia, quae nervos afficiendo uberiores Spirituum Secretionem, et fluxum promovent, unde major vis Cordi accedit, Sic in morbis languidis, ubi motus circulatorius fatiscit, uti in Hysteriis, Apoplecticis &c. Solimus nervos v'l. re ingrata stimulando, v' pilos extrahendo irritare.

2^o Omnia Stimulantia Laxantia, i.e. quae vasa dilatabilia faciunt, ut liquida facile possint admittere de quibus antea.

3^o Omnia Languinem attenuantia de quibus antea.

4^o Omnia quae Aerimoniam in liquidis generant de quibus antea.

5^o Omnia Diluentia, de his etiam antea.

II^{da} Clapis continet omnia illa, quae sanguinis motum per venas accelerant, inter quae praecipuum locum obtinet Venarum Compressio, quae dupliciter fieri potest, nempe

1^{mo} Partes fricando ab externis Cor versus, huc

pertinent Balnea.

2^o Musculo plurimum movendo, hoc multo magis prodest in Hydrope, Hysterica passione, Pallore virgineo, quam plurima Medicamenta interna, respiratione autem aucta multum augetur Sanguinis velocitas, vena ut pote pulmonari ab aere impulsi-
monibus contento subinde compressa & depleta, hinc et Stimulatio, Cantus, Tussis, Risus, in seuo ophlegmaticis prosunt.

III^a Clavis continet Remedia, quae Vicia in flu-
ido haerentia tollunt; si liquidum vero v^o copia de-
ficere potest, v^o crassitie nimia peccare; si tanta
sit liquidi penuria ut eius Continuitas in vasis
tollat; necessario sistetur motus, nam pars ante
cedens semper pelli debet a parte subsequente,
hanc tamen deficere supponimus, ergo amissum
liquidum restitui debet; hinc in tabidis &
Sudore emaciatis Serum Lactis plurimum ju-
vat, penuriam sic corrigendo & resarcendo:
Si liquidum Crassitie peccet adhiberi debent
Incidentia, Diluentia, Attenuantia.

Cap 9^{um} De Histontibus.

Histontia est, quae quae accelerationis causas
modo memoratas v^o tollunt v^o minuunt, uti est
quae stimulum Nervorum sedant, Vasorum ver-
sus extrema Cavitatem tollunt, crassitiem
Sanguini conciliant, tenuiora liquida absor-
bunt, motum Musculorum & respirationis in-
hibent, praeterea est nonnulla quae Nervorum
Stimulum specificè destruunt, uti Opium, ita
et in febribus intermittentibus Cortex Peruv-
ianus.

Part Tertia

De Medicamentis

quae agunt in Solida & Fluida simul.
Medicamenta quae in Fluida & Solida simul agunt
saepe numero varia Nomina & diversos effectus
soliunt; prout hinc illive corporis parti applican-
tur.

Itē Radix Salapa cuti applicata instar Visci
 tatorij agit, eadem glandulis intestinalibus ad-
 mota fit merum Hydragogum, Si cum Theriaca
 & Opio datur fit sudoriferum, quoniam ad interiora
 pellit: Si vitello ovi admista vulnere externe ap-
 plicet, detergens, & dolorem excitans evadit, ita
 quoque, Si circa fauces vas aliquod nimis patula
 sit ita ut inde liquidum extillet, China in pul-
 verem redacta eidem succurrit.

Medicamenta tam in fluida quam in solida
 aegritia satis commode ad 3 Classis reduci possunt.

Prima Classis

Continet ea omnia quae circulationem Sanguinis
 in promovere, item et illa quae eandem retardant
 & debilitant, quorum omnium modò mentionem
 fecimus.

Secunda Classis

Continet ea quae Secretiones promovere, quali sunt
 sequentia

Caput 1^{um}

De Galactophoris

Galactophora st, quae Lac generant, & ac nil aliud
 est q^m Phylus qui a Sanguine p^{er} glandulas
 mammarias secreti: prout inde clarè constat,
 quod si Nutrice jejuno Stomachs aliquid colente
 vel odorati liquidi bibat, post horae quadrantem
 Lac ejus eodem utcausq; colore & odore inficietur,
 porro si p^{er} duodecem horarum Spatium a Cibo
 & potu abstineat Nutrice, ejus Lac adeo ser-
 um, sive urinosum ob novi Phylus defectum red-
 datur ut ab eo plane abhorreat Infans.

Hinc clarè patet quoniam in corpore nostro Lac
 producant, nempe

I Omnia quae Phylum generant copiosum, qualia

st. 1^o Lac recens sive dulcis, praesertim si Salis
 et Sacchari paucillo condiat: saepe contingit
 praesertim apud laetè viventes, Matres obde-
 fectam Lactis a nimis frequenti carniū usu

ortam Infantes suos non potuisse lactare, utentes
vero hoc prescripto lactas fuisse redditas suor-
um factuum nutrices, ut experimentis constat

2^{do} Promor lactis recens & dulcis, praesertim si lac
nimis aquosum sit.

3^{tio} Pisanae omnes erasiores sive Hordeo, sive
potius Hoopaeis cum lacte coctis.

4^{to} Panatella omnes sive a lacte sive a Vino,
sive sive Cerevisia.

5^{to} Oryzata cum Pistaceis & similibus farina
cui, item emulsionem exijsdem.

6^{to} Juscula Carnium non nimis crassa

7^{mo} Qua recentia varijs modis parata

8^{vo} Cerevisiae recentes, non diu fermentatae, crassa,
& dulcis

Ab his omnibus statim secret^{ur} Lac, qui post
hora quadrantem commode sumi potest ab In-
fante.

II Omnia quae Chylum generatum ad mamas
derivant, 1^o ea quae Chylificationem promovent, ut

1^o Quae augent Stomachi robur, ita ut cum ef-
fectu sese contrahat ad liquidi expulsionem, hinc
observandam est Stomachi Matris depravat^{ur} Lab-
oret Stomacho

2^o Quae fluxum bilis, Pancreatici Succii & In-
testinalis promovent.

3^{io} Omnes Musculorum motus, uti Ambulatio
labores domestici &c. quae omnia Chylificati-
onem promovent. Lactem copiosum ad mam-
mas derivant

III Omnia quae Lactis effluxum sive exduci-
onem promovent, qualia s^{unt} ea omnia, quae vas-
orum lactiferorum resistentiam minuunt, uti

1^o Pucurbita.

2^o Pomenta Emollientia saepius applicata

3^{io} Frictiones

4^{to} Quattiones: Quibus omnibus si Mulieres ut-
erentur, tennellis Infantibus lacte propria su-
tione educendo imparibus esse usu foret, hinc
quoque Canes recenter nati papillae butyro

oblita magno cum fructu applicari possunt.

Callidiora, quae hic vulgo enumerantur, agunt solummodo stimulando, idcirco huc non proprie referuntur.

Ex dictis patet Nutricas istas alijs praecellere, quibus Lasca e Caro, Phylum quippe aeque laudabilem generant ac robustiores, ubi viori copia reddunt.

Caput 2^{um}.

De Spermatozia ijs.

Spermatozia s^t, quae semen generant, ad se men triplex liquidum requiritur, nempe.

1^o Liquidum Prostatarum.

2^o Vesicularum Seminalium.

3^o Testicularum, quod solum prolificum e, uti constat ex Eunuchis; quapropter Seminale Medicamentum e, quod huius liquidi in Testibus elaborationem promovet; qualia s^t.

I Omnia, quae Phylum benignum, Satem et Sanguinem augent; hinc Animalia quae lacte plurimum utantur s^t. salacissima.

II Omnia Medicamenta Lascantia, sive resistunt in Testiculis tollentia, uti s^t fetus, Balnea calida, Stimulationes, Frictiones Glan- harum partium, Omnia oleosa uti Rata, et omnia preparata specie Balsami aut Cata- plasmatis serote applicata; sic etiam Cogita- tiones venerea, unde saepe nocturna pollution- es; Specifica Caudant^r preparata ex Abrotano, Hedg^e mustard, Maro odorato, Aristolochia, Calamintha, Erysmo- no, Seristico, Origano Cretico (unde homines in Britaⁿ + Catment^{is} ad eos salaces), Nepeta, Petroselinio, Sabina, Sat- yrio, Serpyllo, Thymo, haec externe applicata = Serp: hild = Fime liquidum ibi deducunt.

III Omnia, quae liquida nervosa valde stimulant interne sumpta, quaeq^{ue} Priapismos producere sol- ent, talia s^t Allium, Cepae, Porri, nec non omnia quae in secunda Cap^{ite} numerant^r; sic etiam

omnes Gummi Aromatici, uti Clasi^{ina} numerant,
 sicut Myrrha, Aloë, Galbanum, Saga perum, Am
 oniacum, Bdellium, Elemi, Sacamahaca, Balsam
 um Peruvianum, Solutanum & Mechâ, Capai
 va, Opobalsamum, uti et opijara, quæ nimia
 copia assumpta Satyriam producent, vis con
 seminifica inde patet, quod hominibus a Gon
 orrhæa convalescentibus propinata Seminis
 stillicidium excitant: ad hanc Clasem quoque
 referendi sūt Sales omnes Nitro & Vitrolo ex
 ceptis, uti Borax, Alumen, Sal marinus, Sales
 omnes volatiles imprimis oleosi; omnes quoque
 Saponis, & omnia Diurética, aqua solâ excepta,
 ut et Olea Animalium, ut Castor, nec non olea
 Aromatica Vegetabilium.

Notandum tamen est, hæc non proprie Semen
 generare, sed solummodo nervos stimulando secreti
 onem seminis promovere; indeque Semibus non dan
 da, utpote quibus deficit Semen, & humor perrous.

IV. Specifica à veteribus laudata, uti Aneth
 um, Peniculum, Ciceres, Lotyrion quo omni
 modo statim dicto operant: Postea Animalium
 Salacium, Hirci, Capalli, Galli gallinæci, Sepin
 cus marinus, Paperis cerebrum a veteribus
 commendant, sed incerta sūt, & forte vana

Tertia Clasi

Continet ea quæ Excretiones promovent qualia
 sūt, quæ sequuntur

Caput 1^{um}

De Apoplegmatizantibus

Phlegma vocat^{ur} lenta illa & subalbida pituit
 osa Materia, quæ secretur in Membrana
 pituitaria dictâ, quæ investit duos magnos sin
 us opis frontis, Opa Genarum, & cribriforme,
 Cristam Galli, Sellam Turcicam, opicula omnia
 Nariam, Nares ipsos &c, de qua vide Schneid
 erum in tractatu de Catarrhis.

Notandum est, quod nulla Corporis parte vasa
 sanguifera magis nuda sūt, aut Nervi minus tecti
 quam in hac Membrana.

Et ex situ hujus Membrane clare patet Apoplegmatizantium vim sese in cavitates ossis frontis extendere, unde veteribus dicebant cerebrum purgantia, quasi ipsum Cerebrum pertingerent; Sed demonstrat Schneiderius nihil esse ipso Cerebro ad dicta membrane glandulas profluere, aut in yisdem secerni materiam quandam a sanguine arterioso antequam illa ad Cerebrum deferatur, ut fit, ut magis purus & defaecatus evadat, hinc vera materia ista ubi primo secernitur tenuis est & ichorosa, brevi vero caloris vi in materiam crassam mucum dictam inspissatur.

Medicamenta itaque quae ad Apoplegmatizantem classem pertinent, sicut Detergentia omnia, diluentia & stimulantia, uti aquosa, Sales, Saponis, Spirituosa, Aromatica, Decocta aromatica sive cum aqua sive cum vino, sive cum spiritu vini, haec adhibentur,

1^o Specie Errinhorum, quae materiam per nares educunt horum usus est optimus ubi a Carero vel lue venerea quid Morbi in Naribus haeret.

2^o Gargarismi, qui e faucibus materiam educunt, hic semper e liquidus.

3^o Masticatori, quod ab ore educit, et plerumque constat esse Cera et aromaticis mixtis.

4^o Collatori, sive id fiat per Syringam, sive Linthe amine, aut aliter.

5^o Sinctuum, qui dum lente deglutiuntur fauces stimulant, indeque proficiunt.

6^o Gummi qui ex herbis omnibus aromaticis per fistulam, aut alio artificio recipitur.

Cum 1^{ma} species sola per Nares purget, quinque vero sequentes per Os, hinc Phlegmatizantia omnia satis commode reduci possunt ad Starnica sive Errhina, & Salagogia, sive Salivam moventia.

Starnica sive Errhina sive Sternutatoria, sicut quae Sternutationem procurando mucum e glandulis membrane Schneideriana educunt.

Sternutatio hoc modo peragitur, 1^o valde dilatatur.

Thorace, unde fit ut Aer magna copia pulmones ingrediatur; qui post aliquot tempus a calore rarefactus magna cum vi inde pellitur per angustias Narium, ibique dividitur in sex partes ab offibus in Naso efformatis, dumque per istas angustias pellitur, violenter in Membranam niti, mucumque in glandulis contentum movet, & secum abripit. Sternutationis ergo huius effectus.

1^o Omnium foraminum & Cavernarum Narium Expurgatio.

2^o Expurgatio quoque Pulmonum.

3^o Stio corporis validissima concussio: Hinc in Morbis ubi liquidum nervosum moveri debet, optime conducit, uti in Apoplexia, Scorbato Lento, nec non in partu difficili, ubi Matris vires deficient.

Sternutatio nimis diu durans ad modum fatigat, & non raro Convulsionem et mortem ipsam inducit, hinc Mos sternutantes salutandi.

Quae sunt Errhinorum Causae, nempe

1^a Continet omnia illa quae mechanico modo vellicare possunt Membranam Schneiderianam, uti Pulvis, Pluma, Animalcula, Sanguis ididem propter obstructionem sive inflammationem accumulatus, unde evinit, ut incipiente graveditur Mucus Narium maxima copia act illare soleat.

2^a Continet omnia acria tenuia volatilia quorum quodlibet quo acrius eo violentius operatur; sic Hyssopus levem excitat Sternutationem, Satureia paulo maiorem, graviorem adhuc Piper, multo graviorem Euphorbium, gravissimum vero Mercurius sublimatus corrosivus, qui homines in actu Sternutationes per plures horas detinet, etiam si quantitate admodum exigua sumatur.

3^a Sialagoga, Medicamenta, quae salivam movent, Glandulas, quae salivam suppeditant, & sexcuplice, nempe

1^o Glandulae salivales Henoniana & Parotides dictae

2^o Whartoniana ad maiorem angulum maxillae inferioris sita.

3^{to} Bartholiana sub ipsa lingua posita,
4^{to} Schneizeriana, sive Palatina; huc pertin-
ent Tonsillae & Uvula.

5^{to} Glandulae Malpighij linguales.

6^{to} Nuckiana oculares, i.e. ad oculum posita
& ductu suo in Oesophiantes.

Sialagoga ad tres Classes reducuntur.

I^a Continent ea, quae in glandulas modo dictas
agunt, qualia s^t.

1^o Potus, Frictus, Suctio v^{el} interne, v^{el} externe
horum partium; hinc Cataplasmata ad Carot-
idas applicata os madere faciunt, et a
Sabaci suctione os humidum evadit.

2^o Omnia Apophlegmatizantia modo mem-
orata.

Notandum hic sumopere quod haec Med-
icamenta nunquam Morbos curent salivatione
ut plurimum opinantur, non enim Salivatio
curat suam veneream, sed subsequitur sal-
ivatio, quia curari incipit Morbus.

II^a Continent omnia illa quae humorem in
os derivant, ejus fluxum in alias corporis-
partes intercipiendo: Observat^r enim, quod
si viscera aliqua s^t obstructa, uti Hepar, Lien,
Pancreas item Renes, ductusq^{ue} intestinales,
os semper madrat; Hinc Hypochondriaci
sputatores s^t dicti, adeoq^{ue} quod Sympha
secretionem in illis locis impedit, hab-
endum est pro Sialagogo, an bono vel malo
hic non quaeritur.

III^a Continent ea quae Massam sanguineam
solvunt, ejusq^{ue} sic soluta, magham copiam
in os derivant, qualia s^t.

1^o Antimonium solumq^{ue} p^{er} Nitrum fixatum
ut non valeat Vomitum, sive Alvi^{um} movere,
sed nauseam solummodo, hinc enim copios-
am salivam in os derivat, constat eximq^{ue}

omnia Vomitoria, & priusq^m Venter ad contractionem moveant, producant nausam, quam semper comitat^r faucium humiditas insolita

2^{do} Mercurius qui varijs modis in usum venit quippe

(A) Mercurius crudus corpori applicatus, excitat Salivationem, potest vero applicari

1^o Specie Vinimti uti in Unguento Neapolitano.

2^o Specie fumi, si enim grana duodecim igni imponat^r, fumum emittent, qui si naribus excipiat^r, intra duos tresve dies salivationem excitabit.

3^o fumi potest interne, uti in pilulis Barbarosæ ad salivationem excitandam, sed parva solummodo quantitate, alias viam sibi quaerit p^r anum.

4^o Multum diuq^q manibus tractari potest, undeq^q excitari Salivatio, uti nos docet experientia; Aurifabri enim, qui eodem plurimum utunt^r, saepe numero in Hyalismum incidunt.

(B) Mercurius salibus per sublimationem utilis salivationem movet.

1^o Si parva dosi interne sumat^r

2^o si Vulneribus, v^o Ulceribus externe in usus fuerit

3^o si Naribus attractus sit

Ex dictis patet quod quacumq^q ratione Mercurius applicet^r Corpori nostro, Salivationem excitabit; quidem in nobis eundem producet effectum, quocumq^q modo preparatus, nisi sumatur cum aliquo quod eius dissolutionem in Ventriculo & intestinis, et consequenter transitum p^r lactea vasa impediat, tum enim nequaquam Sputam movebit, sed per anum & Corpore discedet, uti observari licet in Cinnabaro & Aethiopia minerali, quae ex Sulphure & Mercurio unctis, et compactis constant.

Mercurius omnium liquidorum ponderosissimus

est, et quoque maxime divisus, et divisibilis, uti patet esse eius vi penetrante, qua omnia corpora præter vitrum permeat; Singula quoque eius particulae, quantumcumque minuta specieicam suam gravitatem, reliquorum gravitate majorem & totius molis ponderi proportional em retinet, ut a Newtono demonstratum est. Hinc si Mercurius cum alijs liquidis comistus sit, et atrisq; motus ab eadem causa sit impressus, nullo celerius feretur mercurius, & diutius motum suum conservabit, quam cætera liquida, qua propter illius particulae fluidorum reliquorum particulis minus motis, impingentes eandem vi quadam, ab excessu velocitatis suæ orta poretrabunt, discedent, & comprimunt, nec non motum majorem ipsi imprimunt.

Hæc Mercurij in alia fluida actio licet dependit ab ejus soliditate tanquam à sola causa, potest tamen augeri, si cum in minutias redigendo, tunc enim qualibet particula proportionatam accipit adhuc agendi facultatem ab aucta superficie.

Mercurius in corpore nostro receptus non agit in fluida nisi in minimis vasis; quæ diu enim in majoribus vasis movetur, in guttas coit, nec liquidis nostris ibi intime miscetur; idem vero in vasa minima delatus propter viarum angustias in minutias dividitur & cum liquidis nostris probe commiscetur, hinc constat quod non immediate in sanguinem agat, sed lympham, utpote in vasis minimis contentam.

Hinc quoque duci potest ratio, cur in corporibus obstructis, uti in ijs, qui lue venerea, Hydrops & similibus laborant, majori cum effectu operetur, quam in ijs quorum vasa omnia aperta sunt, cujus notabile exemplum non ita pridem vidimus in homine quodam qui lue venereabis laboraverat, & toties erat curatus, camatitem tertia vice in eandem incidit, curatio propter opium cariositatem decoctis aperientibus erat tentata, quibus non succedentibus, adhibitis

erat Mercurius, Salivationem tamen nequaquam
excitabat, tandem autem semianno jam lapsis
Corpus à leucophlegmatica in quam inciderat
obstructionem vini Mercurij quantitate licet
coeiqua applicati statim agnoscebat, unde
in Salivationem violentissimam incidebat.

Hoc dictis colligi potest quod Mercurij vis in
corporibus nostris recepti in eo consistat, quod
fluidorum nostrorum moleculas, nimis inter
se compactas dividat & dissolvat; & conse-
quenter obstructions tollat, et quaecumque mechan-
ica ratione liquida nostra conteruntur, com-
minuuntur, confringuntur, ita ut in partes ad-
modum minutas redigantur, eadem quoque apta
& habilia redduntur ad facilem & copiosum fluxum
in vasa lateralia lymphatica, & proinde
ad Salivationem; quod autem Mercurij effectus
talis sit qualem descripsimus velinde patet,
quod si Saliva aut Urina in partes minutas
dirimatur v. attritione, v. solis v. focii calore,
eundem emittat sputorem ac Saliva Mercurio
mota.

Vis Mercurij multum promovetur si stim-
ulus aliquis addatur, v. g. Si caustici aliquid
aut acidi adjectum habeat Salivationes
horrendas & purgationes intolerabiles producit.

Notandum quod inapte aperunt nonnulli
partes Mercurij vasorum lateribus adhaerere, cum
Corpus sit maxime mobile.

Cap. 2^{um}

De Expectorantibus.

Expectorantia s. quae materiam morbosam in
bronchijs pulmonum haerentem per Laryngem
expellunt, ad hoc autem 2^o requirunt, nempe

1^o ut materia ibi contenta reddatur mobilis
& meabilis, ac proinde ut partes ejus fluidissima
non dissepentur, ne materia fiat viscida, tenax
& inextricabilis, hinc nimis calida & Stimul-
antia nocent.

2^o ut via aperiantur, detergantur & lubricentur.

III^a Materia ad excretionem incitetur, quod optime fit per tufim, ad quam requiruntur Stimulus et vires sufficientes.

IV^a Ut quis vasis infractis concilietur, quo lascari queant; Si enim continuo irritentur, humor ex glandulis asperae Arteriae continuo exiceretur cum doloris sensu

Medicamenta itaque expectorantia, quatenus respectum habent ad haec quatuor requirita, in quatuor Classis dividuntur.

I^a Continet Stimulantia omnia Aromatica amara et simul oleosa blanda, ut st. Absinthium, Carduus benedictus, Marrubium, Hyssopus, Majorana, Hel. Horehound.
Elicampain
Penny royal
quoque Sulphurea cum alcalinis mixta, omnia Saponacea infusa, uti Sapo Venetus in pilulis sive lacte datus, omnes Sapores volatiles oleosi, Sales volatiles & fixi, & in genere omnia Stimulantia & Diluentia simul.

II^a Continet aperientia & detergentia, uti olea blanda Papaveris, Amygdalarum, olivarum, et Mel, quod aperit, incidit, attenuat, detergit, lubricat; huc quoque spectant Emulsiones, Sapores, Vitella ovorum cum oleosis, Saccharum saltem in pauciori dosi, licet enim hoc à quibusdam improbetur, certum tamen est illud esse saltem rectificatum, nec Balsamo nostro naturali adeo perniciosum ut nonnulli opinantur; hinc pertinet Manna quae optime lubricat, Rayus boei etiam st. Balsama, ut Perceuth. Peruvianum, de Mecca, Gummi Elemi &c quae agunt stimulo Aromatico & oleo lubricante; huc pariter pertinent decocta omnia lascantia et emollientia

III^a Continet ea quae Pusim excitant, uti vixta acetum, Spiritus acres, Errhina, hinc patet quare Hypocrites in Vomica die critico instante vel vinum vel Acetum vel utrumque simul

vl. Ocy mel pipere permisto dederit.

IV^a Continet demulcentia, Anodyna, & Narcotica, quorum praecipuum est opium; cum enim aspera Arteria sicut excoriat est, facile in Tussim violentam & Spasmos non nisi opio compescendos movetur

Cap^o 3^o tium

De purgantibus per Alvum.

Purgantia p Alvum s^t ea Medicam^{ta}, quae vivo corpori vl interne vl externe applicata materi- am morbosam per Intestinum rectum evacuant. Medici ab omni tempore ea vocant purg- antia, quae p Intestinum ultimum materiam impuram deturbabere; p impurum intellige- batur quicquid inimicum erat Naturae, & per Naturam omne quod ad vitam & Sanitatem ne- cessarium est, i.e. Functiones vitales, Natur- ales, & Animales bene constitutas, ergo materia impura ijs erat, quicquid functiones has laedit.

Purgatio est secretio sive potius excretio per Alvum eorum omnium quae ex aliqua corporis parte per intestina fluere possunt.

Considerandum itaqz est.

- 1^o Quanam & quotuplex materia sit, quae in Intestinis reperitur.
- 2^o a quibus locis adveniat.
- 3^o Quotuplex sit eius Natura
- 4^o Quanta copia ad Intestina fluere potest ex reliquis corporis partibus, unde videbimus totum fere Corpus per Intestina expurgari posse.
- Clasos eorum quae in Intestinis contineri possunt, indeqz expurgari.
- 1^a Clas^{is} continet omnia quae deglutiuntur, qual- ia s^t
- 1^o Aer qui se permiscet cum Saliva, liquore Oesophagi, & praecipue Mucos Palatino, qui cum viscat, quod cum his permisceat^r eorum Spuma solet, et idem demonstrat Anthra Pneumatica, quod deglutiatur, porro patet ex Forminibus quae ab eodem in Intestinis rarefacto saepe numero excitant^r.

2^o Omnis Saliva, Mucus, alijsq; secreti humores ex naribus, faucibus, Palato, Membrana Schneideriana &c quorum tanta copia ut quandoq; Catharum moveant, ut in Diarrhaea Catarrhali, quo in casu ad libras aliquot intra 24 horas nonnunquam fluunt.

3^o Omnia Fibrorum & Potulentorum genera. I^a Continet omnia Reliquias ex cibo & Potui nullum enim Potus depletitur, aqua foras purissima ex cepta, quin faeces aliquas relinquat, uti patet in Infantibus solo lacte utentibus, in aegris sola juscula deperascentibus, & aliquibus Spiritum vini solum bibentibus; ulla enim rerum omnium Solida, uti patet ex Chemia, vis est separabilia, hinc a visceribus in eas minutias redigi nequeunt, ut in vaso lactea ingredi possint; haec ergo Particulae in intestinis cohaerentes Stercus constituunt; praeterea ex partibus fluidis ingestorum generantur faeces quatenus vis viscerum non potest ingesta ita subigere, ut solida omne suum liquidum deponere cogantur, sive ut liquidum adeo bene subactum & divisum sit, ut totum intra lactea recipi possit.

Hinc Solvitur Duplema, cur duo homines, iisdem cibis utentes tantum ab invicem quoad Alvi exonerationem aliquando discrepent, ut unus singulis, alter vero non nisi alternis forsan diebus ventrem deponant, licet uterq; satis sanus videatur & sit.

III^a Continet bilem duplicem, nempe Hypaticam, & Cysticam: Quod haec continus in Intestina fluant, praesertim Hypatica (Cystica enim non omni momento fluere potest ob situm ejus et receptaculi sui inactivitatem nisi prematur a Stomacho repleto aut Motu fortiori viscerum) quisq; facile percipiet, si modo consideret quod Excrementa semper flava sint, nisi in Jcturotum enim albescunt ob bilis ductus obstruictos. Sed quomodo intra 24 horas tanta ejus copia excrevit possit at ad tres libras aliquando

apurgat, non nisi ex sequentium considerationem
nascere potest, nempe

1^o Quo velocitas liquidi ad glandulam appulsi
est major, eo etiam Secretio.

2^o Ut mores unius glandulae ad molem alterius,
ita ceteris paribus est Secretio, quanta vero sit
glandula ubi Bilis secretitur, nempe Hepas, vid
ere potest apud Glissonium de Hepate, & Wharton
um de Glandulis, unde colligi potest quod Secre
tio Hepatis sit ad Secretionem Parotidis, ut tria
ad unum.

3^{io} Hepatis emissarium magnum e spatulum

4^{to} Isti Emisario nihil obstat.

IV^{ta} Continet Succum pancreaticum, qui ter
acitate, Sapore, Odore, &c. Salivam plurimum
refert; Glandula quoque eundem secretens, nem
pe Pancreas, a Glandulis salivalibus non nisi
magnitudine differt: habet haec Glandula Em
issarium satis magnum, unde liquidi sui in
gentem copiam in Intestina deponere constat;
habita enim comparatione hujus glandulae
cum Salivalibus, quae in naturali suo statu
Salivam ad quantitatem duodecim unciarum
nocturni spatii secretant, mercurio vero
stimulata libras duas; item comparatione
facta Arteriae Carotidis cum Caelicae, quarum
haec se habet ad illam ut 2, ad 1, item ductus
Pancreatici cum Salivalibus, ad quos se habet
ut 2, ad 1. unde colligi potest, quod Pancreas
in naturali suo statu succum ad quantitatem
2, 4 unciarum nocturni spatii emitat,
stimulatum vero libras quatuor

In triplici modo augetur Glandulae Secretio

1^o quando augetur glandulae magnitudo, de quo
vide Whartonum

2^o quando liquidi ad Secretionem proclivitas
major fit.

3^{io} quando a continua expressione liquidi mix
tatur resistentia in cavo glandulae, unde

sequitur copiosior liquidus in eandem influens, uti
 in mammis lactantium apparet; hinc facile reddi
 potest ratio, cur tanta liquidorum copia, quandoq;
 ab intestinis excerpatur in Diarrhaea, quia nempe
 inter alios succus, Pancreaticus, qui in statu sano
 redit in sanguinem per vasa lactea, & venas Mes-
 eraicas, obstructis istis Canalibus, nec pariter
 Anum rejicitur.

V^{ta} Continet succum glandularum Intestinalium,
 quarum continuitatem per totam Intestinorum
 seriem demonstravit Peyerus; quantaq; illarum
 sit copia facile concipi potest ex Intestinorum
 longitudine hominis altitudinem sexies ad min-
 imum superante

VI^a Continet omnia in Intestinis praeternat-
 uraliter haerentia, quae v^l fluida s^t v^l solida
 Fluida in Intestinis praeternaturalia s^t
 1^o Pus omne, quod semper effectus est Inflammati-
 onis; Haec autem est Stagnatio Sanguinis arteri-
 osi in vasis minimis capillaribus cum Sang-
 uine a tergo urgente, effectus est contritus vapor
 um minimorum, & mutatio materiae rubrae tum
 & quae vasis in materiam albam Pus dictam;
 generari potest pars de quo nunc agimus in
 Lienae, Hepate, Pancreate, ipsis Intestinis, alijsq;
 partibus

Hinc huic quaesito respondere potest, Cur tanta
 Puris copia quandoq; diiciatur, et unde; nempe pro-
 venire potest ex Lienae per vasa Gastro-Epiploica ad
 Hepar ducentia, unde per eorum ductum Hepi-
 aticum deferri potest ad Intestina; de tali pure -
 scripsit Hypocrites, vel ex Hepate v^l ex Pancreate
 per ductus proprios, v^l tandem ex intestinis ipsis.
 Hinc quoq; solvitur Problema illud notissimum Quo-
 modo Empyema per Alvum solvere possit; nempe
 quia Pus Diaphragmati incumbens afficit vicina
 loca, excedit & perforat Diaphragma; dein Hepar

aut Intestinam Colon corrodet & ingreditur.

2^o Sanguis qui saepe effluit magna copia, idq; saepenumero post purgantia male adhibita, vel in Dysenteria, & provenire potest ex varijs Empharijs quorum duo st maxime notanda, nempe

(A) Ductus communis Hepatis, qui quinq; ramos ab Hepate accipit et unum a Vesica fellea; si ergo Hepatis structura ita laedatur ut interne fiat verum vulnus idemq; in aliquem e ductibus biliaribus fiet, Sanguis magna copia fluit in intestina; indeq; nonnunquam provenit Diarrhoea

(B) Ductus Pancreaticus, p quem laesa Pancreatis vesitura Sanguis excerni potest; Hoc saepe fit cum homini Pancreate schirroso laboranti Catharticum exhibetur, a Cathartico enim Circulatio augetur, indeq; Vasa quae Schirrum sita premuntur, et ab hinc rumpuntur, unde donec Haemorrhagiae satis hoc norunt Chirurgi.

Præter hos ductus sanguinem Intestinarum cavitate suppeditantes, aliquando, dantur quædam & alij ex quibus sanguis effluere potest in Intestina, ut Oesophagus & Ventriculus laesi, etc. Si enim, ex quo, si modo Schirrosus fiat et inflammetur, post tres quatuorve dies sanguis vomitur aut per Sedes amandatur (quæ quidem fuit veteris Sententia) verum Sanguis iste ex Siene per He par transit.

Sanguis grumefactus ex Stomacho profluitans alius velle denotat, præsertim si grumæ illi dorentur superficie ex una parte convexas, a figura Ventriculi ortæ; Stomachus enim potest liquidæ & solida diu retinere, uti liquet ex cibis nimia copia deglutitis; et hi post duodecim horas putrefacti redduntur.

3^{io} Jejunum e vasis Symphticis proveniens patet enim ex Anatomicis illa ramos suos informam conicam dispergere, unde in ijs etiam Inflammationes oriri possunt, licet non rubra

tamen cum dolore; Lympha stagnantis pars tenuior facile potest transire, dum crassior stagnando aeris coadit, et ichoris nomine donatur, qui pustularum Scapae causa est, unde constat quod ex vasis Lymphaticis copiosis in M. Domire situs magna differri possit Ichoris copia.

1^o Lympha ipsa extravasata a vulneribus vasis Lymphatici inflicti.

Solida praeternaturalia in Intestinis contenta
1^o Pinguedinis instar lardi scipi, quae ab infarctis conerctisq; alimentis p glutin mucosum procedunt

2^o Tunica interioris intestinorum filamenta, carunculae, & quasi parvae glandulae, fibrae resolutae oriuntur ab interiori tunica intestinorum exesa, resoluta, abrasa per particulas aeres venenatas.

Omnia Vasa nostra, quae nondum cartilaginea facta, indeterminatam habent dimensionem, ut videmus in Varice, Aneurismate, Phlegmatide, ideoq; si causa sufficiens adsit, summo opere dilatari potest duclus Hepatis, Pancreatis, aliosve, si ita haereat aliquod in visceribus ex quibus exeunt isti ductus, qd ibi potest gangraenam, ulcusve manserit, p illos ad intestina ferri potest, v. gr. si Hepar Gangraena afficiatur, Partes eius soluta p ductum hepaticum transire possunt; Hepar vero inflammari posse dein inflammationem istam in Apostema aut gangraenam abire testantur Forestus et Sulpius; Intestina quoq; ipsa valde inflammata gangraena perire possunt, et pustulationem expellere, spitha etiam p Aevum expurgantur.

3^o Sumbrii, Vermes, aliaq; Animalia

VII^a Continet Lympham aliosq; liquores, qui extravasati receptacula sibi formant, aut alieubi non naturaliter colliguntur; hi enim Cathartecorum vi p sedes quandoq; a corpore amantur, qua ratione hoc fiat vix dici potest, si ori tamen certum est; nam in Hydrone a Cathartico exhibitio magna nonnunquam Lympha

copia cum ventris detumescencia expellit.

Ex dictis sequentia inferuntur Corollaria.

1^o Per Intestina expelli possunt corpora valde diversa et esse quacumque Machina nostra parte, Omnia enim Purgantia minuunt resistantiam in vasis intestinalis proximis, unde vi Atmosphaera, eo deducit plus liquidum, quod fit quoque a contractione aut elasticitate Vasorum; et si per violentas purgationes reiteratas valde minuitur resistantia in intestinis, omnis Lympa ad vasa eorum inanita deducit, ibique opusdem fit excretio; quapropter, esse omni corporis parte per Cathartica expelli possunt.

2^o Hucus Copia tanta quandoque esse potest: ut pone fidem superet.

3^o Liquida que naturaliter solebant in Intestina deponi, indeque in Venas per lactea aut Meseraicas venas secedere, si modo recta ferantur versus Aram excerni possunt ad quantitatem 4^o librarum, aut plus duodecim Horarum Spatio, ex. gr. deglutitimus per duodecim Horas omnem nostram Salivam, Mucum, & liquorem Oesophagi, & ad Ventriculum medium perveniant, ibi decem circiter uncias conficiunt, Ventriculus undecim circiter liquidum subducit, Glandulae intestinales libram, Pancreas uncias duodecim, Hepas quoque suam addet, esse quibus omnibus simul sumptis, habebimus quatuor circiter libras, unde videmus quod totus homo brevi expurgari possit.

4^o Septem praedicta Perretorum & Excretorum genera, ita possunt in Stagnatione vel Permissione mutari, ut dignosci nullo modo possunt. Sic Mucus Narium, quem primum excernit, est Lympa tenuis, brevi vero ita inspissatur ut evadat crusta dura & fere Cartilaginea.

5^o Horum nonnulla vi multo minori ex corpore expelluntur quam alia; faeces enim a cibo relictae motu intestinalium peristaltico facile

detrudentur, ad eorum vi viscerum naturali absque
 stimuli ope expellantur; ad liquidum vero extra
 vasatum educendum plus requiritur quam motus
 peristalticus, nempe ^{1^{mo}} ut attrahatur in intest
 ina, ad hoc autem requiritur ut vasa vicina
 illud recipiant, ad hoc iterum ut vasorum is
 torum resistentia minor fiat quam vis que
 liquidum in eadem impellit; quicquid ergo
 satis minuire potest vasorum resistentiam, ef
 ficiet ut liquidum in eadem recipiatur; resis
 tentia vero sufficienter minuitur a causa ali
 qua que vasa emungit et inanit; hujus causa
 vis debet esse major vi viscerum naturali, ut
 vasa fortiter stimulet & in secretionem de
 ducat.

Ergo major minorve expulsionis facilitas om
 nino dependet a varia materia expellenda
 distantia ab Intestinis, Sic Stercus facilius
 movetur qm liquor Pancreaticus, hicq; facilius
 qm Lympha extravasata.

¶ Veres Expultrices, que uti in precedente
 Corollario vidimus varice s; pro varia mater
 ia expellenda distantia, omnino dependent
 a stimulis quibusdam; Stimuli autem hi s;
 qui sua figura & soliditate molestiam quan
 dam creant; uti in oculo arena, que motum
 convulsivum statim excitat, quo motu glan
 dula comprimantur, ut ex ista compressione
 evacuetur, unde unde novo liquido ingrepu
 faciles concedit; eadem ratione se habet Pur
 gatio, v. gr. Si quis solo pane albisimo usus,
 alvumq; semel tantum quotidie exonerare
 solitus, comederet panem furfuraceum, bis
 terve de die et quidem nonnunquam cum torm
 nibus alvum jam deponet, quia particula
 furfuracee indissolubiles ratione sua molis
 et figure vellicant viscera, & in contraction
 es agunt; eadem ratione operantur vasa &c

Descriptis his, quae in Intestina naturaliter &
 praeternaturaliter deferuntur; videndum est
 quomodo quae naturaliter requiruntur, ut excipiantur.
 Requisita ad materiam Expulsionem sex sunt nempe
 1^o ut via sit aperta, perviam intelligimus con-
 tinuam cavitationem ab ore usque ad Anam; haec
 duplici modo claudi potest, nempe
 (A) A mutata eius figura, quod fieri potest; si
 una pars aliam ingrediatur; uti fit in Papi-
 one iliaca, aut si Mesenterium per inflammati-
 onem separet ab aliqua Intestinorum parte,
 vel tandem a motu Intestinorum spasmodico
 (B) A Materia quadam intestinis inhaerente,
 v. gr. quando Hæmora indurantur ope materia
 glutinosa in substantiam duram & fere lap-
 ideam, uti aliquando in feminis gravidis
 praesertim fieri solet, vel quando quid duri
 hæreat in Intestino caeco valvulam ibi
 positam claudens, vel quando Schirrus
 nascitur in Intestinis.
 2^o Requiritur Via lubricitas; posuit enim
 Deus in toto tractu intestinali Smeagma
 quoddam, quo faeces partis liquidioris exci-
 patione arefactae facile perlabi possunt,
 et non immobiles maneat, aut alicubi ad-
 hæreant; quod si Smeagma illud desit, adstrin-
 gitur Alvus, unde longe major vis ad faeces de-
 strudendas requiritur, et aptum debent in hoc
 casu Mel, Manna, Oleum, Saccharum & hinc
 in Apthia alvus, quae tunc temporis stricta
 ipsa est, Casca redditur Clysmateribus glut-
 inosis, mellitis, Saccharatis & similibus
 3^o Contractio fibrarum muscularium spir-
 alium, quo Intestina per totum eorum tractum
 ambiunt, et cum agunt, vasorum lateraver-
 sus centrum urgent, item contractio longi-
 tudinalium; nullum enim Medicamentum
 purgans agit, nisi etiam hocce motus aug-
 eat —

acceleret, roboret stimulando, idq; doloribus patet
qui à purgantibus oriuntur.

4^{to} Motus omnium partium respirationi inservientem
auctus, auctum dico, quia naturaliter nec faeces
nec Urina expelluntur absq; quadam respiratione;
patet id in Infantibus in Utero materno haerentibus
qui, si fractus involueris in partu non admodum
prospero aerem hauriant, alvum deponunt. Hæc
faciunt Matres; videmus porro, quod, aliquis cum
alvum deponit, magnam aeris copiam haurit,
statimq; gulam claudit, Aer autem rarefactus
distendit Pulmones, hinc Diaphragma deorsum
pellunt interim decem Abdominis Musculi sese
contrahunt, unde Intestina prepa faeces foras
expellunt, verum simul ac Pulmones remittun-
tur, remittitur quoq; Abdomen, desinitq; deponitio
faecum; hinc videmus cur in aegris morituris Pur-
gationis effectus frustra expectatur deficiente
respiratione.

5^{to} Materia in Intestinis presentia

6^{to} Hujus materia Meabilitas, i.e. ut facile pro-
pelli queat.

Hæc semper requiruntur, ut Purgatio recte
procedat; et si ob unius defectum deficiat
purgatio, defectus iste p. remedia appropriata
tollit debet; sic

(A) Si via v. Schirro v. inflammatione obstructa
sit, venæ sectio adhibenda est.

(B) Si desit lubricitas, v. melle, v. oleo, v. Clysm-
atibus glutinosis procuranda est.

(C) Si deficiat Contractio Musculorum, restitu-
enda est leni stimulo fructuum horæorum, si vero
iste Defectus ab animi deliquio oriat, tum
Cardiaca yuvant.

(D) Si impediatur transfluscus p. crustas Intest-
inis adnatas, adhibeat Balneum aquæ frigidae
et sic, quod per poros secreti solebat steterin
abit versus Intestina, unde solventur Crustæ, et
purgatio bene procedet.

(E) Si nil Intestinus insit, nihil inde educi potest; hinc hominibus per duos tresve dies jejunantibus non danda est purgatio, quia nulla hoc in casu habitura est effectum ob debilem respirationem & materiae penuriam.

(F) Si Materia adeo dura sit ut moveri non queat, a largo potu aquae & olei resolvi potest.

Vidimus jam quanam Materia in Intestinis naturaliter & praeternaturaliter haerere solet, & quanam versus ea derivari potest; cumq[ue] multiplex sit, inde facile patet Medicamentorum ad illam repellendam destinatorum nomina necessario varia esse; uti

1. Ecoprotica, quae solummodo faeces Alvi, i.e. reliquias ingestorum Stomachi & Intestinalium naturaliter expellunt, nec aliquid ex alijs corporis partibus in Intestina derivant; qualia sunt ea quae vias aperiunt; hinc conveniunt oleosae, diluentia & Clysmata, requiritur vero ut levis aliquis Stimulus addatur, uti Salina & Aromata blanda.

2. Phlegmagoga Veteres vocavere omne liquidum, sed crassius, uti est Mucus narium Phlegma, sive Pituitam vitream; Si ita ab apparentia describat, omnis materia subalbida, limpida, et tenax instar albuminis ovi (quam magis strictè pituitam vitream vocare vetores) erit Phlegma, & constat triplici materia, nempe

1^o Ex materia in quibusdam glutinosis in Stomacho haerentibus, vel ex villis eminentibus & liquido illo Stomachi mucoso per aere dorem, ut vehementem Stimulum abrasis

2^{do} Ex mucos deglutito, cujus praesentia in Intestinis nemini non nota est.

3^{tio} Ex tali materia per Stagnationem aut

per mictionem producta, Stagnatione & permixtione mirabiles produci possunt Masia, prout videtur in Boneti Sepulchreto Anatomico de Morbis intest. inorum.

Hinc vario opus e Stimulo, ut Phlegma expurgetur, quippe si Mucus naturalis solummodo expurgandus ut facile Ecoproticorum opus eliminari potest, sed si homini viscera sunt debilia, majori Stimulo indigemus, qualium praebeant Phlegmagoga.

III. Cholagoga; et haec sunt quae tanta vi stimulant ut non modo Mucum expellant, verum etiam a vasis mesentericis recepta resolutionem & Motum Sanguinis in Hepate augeant, et vasa stimulando Sanguinis fluxum uberiorem versus Hepar promouant, talia sunt Semicaustica, ut Scammonium, Jalapium, Mercurius &c quae Bilem ab hepate in intestina deferunt, & inde expellunt.

IV. Hydragoga, quae sunt quae non tantum Bilem, sed mucum Intestinalium & ipsum Succum Pancreaticum expellunt, idque

1^o Impediendo ne quidquam eorum, quae per lactea redire solent, eadem ingrediantur, hoc fit quandoque a leuissima causa; ambulat enim quis sub aere frigido, indeque pedibus frigeat totum statim Corpus & glandulae intestinales ut et abdomen frigore constringantur, emanantque ductus excretorii, claudantur vero ductus liquida in Sanguinem deferentes, hinc prohibetur fluxus, oriunturque ventris tormina i.e. Spasmodicae Contractiones, promouetur liquidum trajectus per Intestina, unde tandem evacuationes serosae.

2^{do} Augendo liquidorum, imprimis Succi Pancreatici & Glandularum intestinalium Secretionem, hoc fit minuendo vasorum excretoriorum resistentiam, simul & motum liquidum specialis sive generalis per totum Corpus augendo; Quae haec efficiunt, sunt Caustica & vix vix, uti Halliborus albus, niger, Zuphorium.

Lapis infernalis, Purgans Boylei ex Argentis &
 V Melanagogis, sive ea, quae atram materiam
 p. Intestina educunt; Haec atra Materia vario
 odore, Sapore, acrimonia, & tenuitate glutinosa
 referente donat; Nam vero veteres atram bilem
 vocaverunt, cum enim observarent talem materiam
 ab hominibus Melancholicis, & tumido liene
 laborantibus, quibus purgans forte exhibitum
 erat, deieci inde concludebant istam Materi-
 am a sanguine adusto collectam esse, & in Li-
 ene longum in floaca depositam, unde p. vasa
 suae operi propria, & incognita eandem
 partem autem est quicquid Venae in se recipit,
 eodem rursus p. vasa gastro-epiploica in ven-
 am portam & Hepar remittat; si vero Sang-
 uinis est Venae fluxus ob vasa aliqua vel
 causa obstructa impediatur, idem stagnan-
 do coagulatur atque evadit, & si tum purgan-
 tibus vehementibus moveatur, versus Hepar
 petit, ubi impetum faciens, succubione
 nempe totius Corporis musculorumque Abdom-
 inis, quae ab inordinata purgantis stimulo
 oritur, adguttur vasa biliaria vel dilatat vel
 rumpit, haecque ratione in Intestina viam
 sibi facit, ad talem Materiam itaque moven-
 dam maxima vi & caustica quidem opus
 est, quae totius Corporis tam solida quam
 fluida turbat, motusque spasmodicos excitet
 Haec atra Materia non solum ex liene, verum
 etiam ex alijs corporis locis provenire potest
 et solent Hepar enim ipsud eodem modo tal-
 am materiam ex vasis ruptis colligere potest,
 tum et Pancreas; potest quoque a sanguine
 quocumque in intestinis extravasato, & cum pit-
 uita ipsa coaliscente constitui talis Massa;
 haecque ultima Species potest aliquando solo
 motu Intestinorum naturali, sive p. Medica-
 mentum Reciproctium aliquantulum aucto

excerni, potest quoque atra bilis in hepate collecta sola corporis succussione ab eius inclinatione, aut rectione in Rheda proquata expelli.

Hinc concludi potest quod atra bilis quandoque leni Cathartico, quandoque non nisi forti, prout majori minusve ab intestinis remota est, educatur.

Antequam ipsam Historiam Purgantium aggrediamur præmittenda est quadam observata huc maxime pertinenda.

1^o Observatum est quadam purgantia agere solummodo irritando fibras & partes musculares intestinorum, alia vero non prius agere quam vasa sanguifera ingrediantur, & cum sanguinis massa permisceantur.

2^o Quaedam sunt quae varios effectus vehementes, uti Nauseam, animi deliquium &c. antequam purgant producant, hæcque videntur se per totum corpus dispergere, alia vero istos effectus non producant, ac proinde videntur non adeo universaliter dispergi ut antedicta, talia sunt Chrystalli Tartari, unde patet non debere nauseam produci ab omnibus purgantibus antequam fiat Purgatio.

3^o Omnia fortia Purgantia per se sunt vomitoria, & necessario fiunt talia, si dosi aliquantulum aucta dentur; imo Purgans quodvis lenissimum copia nimis larga datum fit vomitorium; Sic Oleum recensiter expressum, quod omnium purgantium fore lenissimum est nimis copiose sumptum vomitum cicit.

4^o Animi Pathemata sola in multis hominibus vomitum & sedes æque efficaciter movent ac ipsa Medicamenta; hoc observare est in hominibus multum irritatis, meture valde percussis; hocque dependet a motu humorum & Spirituum per Pathemata turbato.

5^o Plurimi homines solo odore Medicam. te

purgari possunt, siq; si in tales morbos incidant qui olfactum destruant, deinceps non purgantur licet Medicamenta ipsa naribus admota sint, cujus exemplum habemus in Hist Reg. Par. Acad. anno 1.^o ex Boyleio de Effluvijs. Quandoq; etiam a solo Medicamentorum conspectu moventur homines, uto videre est apud Partholin. Cent. 11. Hist. 69; ut et apud Galpium & Pechlin.

Non sola applicatione externa Purgantium nonnulli moventur, ut videre est in Ephemer. Germ. 2. decurs. anno 1.^o numero 43. et probatur in Emplastro illo noto ex felle taurino, Colocynthide & composito. Quia Multi vehementer purgantur ob solam Intestoriam perspirationem impeditam, vel imminutam; fit hoc plerumq; ab humido aere & nebuloso praesertim. Hinc discedit peracitates quod Ephyri producant alvulasitates, diarrhasas, colliquationes, Poras vero alvi constrictionem, & siccitatem, quod doq; solo motu externo excitatur purgatio uti purgantes nonnulli, & Rheda vixti experiantur.

Coroll. 1.^{um} Partes corporis saepe numero requiruntur ad maximos effectus producendos.

Coroll. 2.^{um} Corpus quod agit est saepe tenuissimum, uti patet ex Emplastris purgantibus, quorum moles finita operatione vix minuitur.

Coroll. 3.^{um} Corpus quod agit est saepe volatilissimum, uti patet ex Alois, cujus Suffitus purgatur, cum vero partes eius subtiles audiverit: quod remanet plane inors est.

Coroll. 4.^{ta} Pars corporis Cathartica minima est respectu totius molis uti patet ex Colocynthide & Euphorbio, quae in aqua soluta & leniter evaporata fiunt Massa inertes cum tamen Massa hujus pars valde exigua

et vix sensibilis fuerit evaporata.

De Ecoproticis.

121

Ecoprotica, prout ante dictum est, sunt talia
Medicamenta quae Corpus inter operandum non
multum turbant, quae praeter Ventriculi & Intes-
tinorum contenta vix quidquam à Corpore ex-
pellunt, aut saltem valde parum; Impossibile
est invenire Ecoproticum absolute dictum,
quod non ex glandulis intestinalibus aliquid
educat, sicut enim Aqua simplicissima, vix pla-
vialis oculo ad Tabellam educendum injecta
eam levissime stimulando lachrymas elicit, sic
quoque Ecoproticum, utut blandum sit, tamen
aliquid semper simul cum faecibus expellit,
glandulas viz intestinales movendo.

Ecoprotica ad tres Classes reduci possunt, qua-
rum.

Prima continet ea quae agunt lubricando in-
testinorum membranas, & eorum contenta, qua-
lia sunt,

1^o Olea Animalium recentia; dico recentia,
quia si recentia non sunt, sed nimis diu serva-
ta, acria fiunt, & tunc ad Classem purgantium
aeriorum referenda sunt quamdiu vero recentia
sunt oleositate sua blanda lubricant. Huc spec-
tant

1^o Butyrum, i.e. partes pingues & oleosae Stylli
ab aere, aquosis, & salinis partibus vehementer
ori concussione separatae

2^o Sactis Cremor, sed recens, uti dictum.

3^o Omnia vascula Animalium pinguis, pre-
sertim vascula earum partium quae circa
Mesenterium posita sunt; hinc Mesenterij et
Intestinorum decocta apud Italos pro Arcano
habentur ad faeces induratas.

4^o Medulla et Medulosa Animalium partes.

5^o Pinguedines omnes Animalium recentior.

6^o Animalium bilis, quae licet agat virtute
sua saponacea et stimulando, tamen quatenus
oleosa est inter lubricantia etiam debet haberi.

II^o Omnia Olea ex Vegetabilibus, uti Olivis, Amygdalis, Pistacijs expressa; Notandum vero quod Fructus & Semina ex quibus exprimuntur debent esse maturi, alias astringent, debent quoque recentia esse, alias accrescent & fient valde purgativa; debent etiam blandae esse, ut distinguantur ab Oleo Esulae, Euphorbij, Tithymali, Nicotiana, et similium.

Disputatur nonnunquam an illa olea blanda constipent an laxent, quoniam dantur Dysenteria cum successu, & effectu constipandi alvum, in Hypochondriaco affectu vero cum laxandi effectu sumuntur; si tamen consideremus causam Dysenteriae, esse aere quoddam intestinorum fibras vellens; Oleorum blandorum proprietatem esse aerea involvendo obtundere, facile intelligimus cur in Dysenteria prosint; in Hypochondriaco autem affectu vis intestinalis sunt sicciissima et crispata, eorumque superficies inaequales & asperae, unde blanda ipsidem applicata crispaturam istam & corrugationes lubricando tollunt, indeque laxant.

III^{to} Omnes Fructus blandi maturi pingues, uti omnes species Amygdalarum dulcium, Nucum, Coco: Pistach: Picus, Semen lini, & omnia farinacea fere, quae semper viscosa sunt; Omnes hi Fructus dicuntur Emolli, horumque manuum masticatorum Succus deglutitus parte residua ore rejecta blande laxat; huc quoque referenda sunt Decocta omnia Emollientia dicta, id est quae ex vegetabilibus succum pinguem & tenuem eliciunt, qualia sunt Decocta Malvae, Althaeae, Paratariae, Hordeij, Avena, Melij odis, Paganopyri, &c. haec enim cum aqua cocta speciem Emulsionis lubricantis constituunt.

IV^{to} Saponacea omnia Vegetabilium, Sapo est corpus ex Oleo & Sale ita combinatus constans, ut in aqua resolvi possit aequali solutione, id est ita ut Oleum non super-

- natet sed cum eadem permisceat.

Sapo vel naturalis v^l Artificialis est.

Sapores naturales s^t Vegetabilium succis horumq³ s^uo s^t Species quæ blandè lubricant.

1^{mo} Mannæ quæ nil aliud est q^m Succus ex frascino exudans coneratus; sapore absterivo & saponaceo donatus; opus pars saponacea lubricat altera stimulat.

2^o Capia, quæ fructus est cum viscositate ferè mellæ, unde leviter lubricat.

3^{to} Mel quod nil aliud est quam Succus salinus & oleosus vi Solis & floribus Plantarum ex coctus, frigore coneratus, & in guttulas collectis unde Apertitud colligunt.

4^{to} Saccharum quod viscositate sua lubricat.

5^{to} Syrupi s^uo s^t q^uo³ precedentibus alijsq³ vegetabilium succis confecti.

6^{to} Mulsum, quod aliud nil est quàm Melagpa solutum & coctum.

7^{to} Saponis Artificialis, qui ex salibus et oleis arte unitis constant, horum duæ sunt species, quarum prima continet

1^o Saponem ex Alcalino fixo & oleo exproposito factum, uti ex Sale Tartari et oleo Olivæ s^t sit Sapo veteris.

2^o Sapor em ex Alcalino fixo & oleo Stibitico factum, qui Sapo Phœnicus vocat^r.

3^{to} Saponem ex Alcalino Sale volatili animalium cum oleo distillato confectum, qui Sal volatile oleosum solet appellari.

Secunda Species continet Saponem ex Acidis & oleosis confectos, uti ex aceto & oleo diu coctis, idem ex Oleo Vitrioli cum triplo aut quadruplo Olii.

VI^{to} Omnia prædicta externe applicata, sive p^{er} modum Balsami, sive frictus, sive Fomenti.

VII^{mo} Omnia prædicta Enematis specie in jecta, quod plus sapenapere prodest, quam omnia per os assumpta præsertim si Malum inhæreat in Intestinis crassis.

Ut videmus quibus hæc noceant et quibus
prosent, sive ut Ecceprotecorum dictorum usus
determinet^r ad Corollaria sequentia attendendū est.

Corollarium 3^{um}.

Lubrificantium dictorum usus est in Corporibus
siccis, calidis, atrabiliaris, hæmorrhoidibus, præ
atit, perspiratione uberiori gaudentibus, et ro
bustissima viscera habentibus, quibus perinde
omnia Humida in visceribus contenta in
venas lætæas pellunt^r, ut demonstrat Sant
orius; hæcque viscerum ariditas regionum
calidissimarum Incolis sæpissime contingit.
per calorem enim extorrum semper absorbet^r
& destergit^r quicquid in cute exteriori peret,
& notum est quod quo ^{secretoria plus} vasa emulgentia, eo
major fit liquidum in eadem influxus, unde
fit ut Intestina arrescant, hincque Regionu
talium Incolæ atrabiliaris & Hæmorrhoidales
tam frequenter evadunt.

Atrabiliaris Illi, quibus ob rationem dictam
habitus corporis siccus est & strigosus, quoniam
sive sanguinis pars liquidissima exsiccatur,
ita ut sanguis vel per cutem vel e corpore
eductus ullo modo ater appareat: hinc facies
Alvina ob humidum defectum lapidis adinstas
durescunt.

Hæmorrhoidales Illi, quibus ob defectum
liquidum indurant^r facies, que in Angulo illo
acuto a Colo & recto Intestino formata, ubi spe
cies est sacculi, hærent; unde fit ut Vena
Intestinarum ibi sita & iuxta pondus hærent
ascendentes valde premant^r & angustent^r,
unde sanguis ascendere non potens vascula in
flat & distendit ut rumpant^r in locis ubi
minima est resistentia, nempe circa pedi
cem, quandoque intra, tumque Hæmorrhoides
cæcæ appellant^r, quandoque extra, tumque

aperte apparent, hisce hominibus Lubrican-
tia plurimum prosunt.

Corollarium 2.^{um}

Lubricantia dicta saepenumero plus conferunt
ad purgationem promovendam quam validissima
purgantia, praesertim in hominibus praecedenti
Corollario descriptis; norunt enim Itali & Hispani
Medici, quod si homines statim descripti essent
purgandi, ijsq; acria purgantia exhiberentur,
Anxietates, Sudores, Vomitus, aliq; mala Sym-
ptomata nulla sequente purgatione oritura
essent; Si vero Lubricans aliquod ut Oleum de
ijsdem propinaretur, alium statim laxam
securitatem non ignoravere; Ratio vero, quare
his acria & fortia nocent, est quia purgantia
um acriorum vis in parte tenuissima et
volatili consistit, hi iam, quibus viscerum
robur adest, omnes has partes purgantes in
interiora pellunt, unde totum corpus stimulat
atq; turbat, et Diaphoretica stiam evadu-
nt, quae solum purgare debuerunt; in frigidis
orbibus vero Regionibus contrarium obtinet, in
ijs itaq; conveniunt fortiora ut Hydragoga
& Cholagoga.

Corollarium 3.^{um}

Alvus horum Medicamentorum ope nota non
deinceps evadit stricta uti ab aliorum pur-
gantium operatione solet; ratio est, quia in
testinorum vasa & glandulae non adeo de-
plentur ab his ac a fortioribus Catharticiis,
ac proinde finita eorum operatione, sufficiens
liquoris quantitas ad intestina lubricanda
in glandulis praesto est, in hominibus vero
fortioribus sevis se res habet.

Coroll: 4.^{um}

Optimus lubricantium est usus, quando

in Intestino Colo inflexa & indurata parent faeces, quod fit in hominibus Coroll. 1^o descriptis, et Infantibus recenter natis, quibus solvi debet Alvas Suppositorio ex Saponibus, si enim per fastidium articum ore assumptum repulsio faciem tenet, convulsi pereunt.

Coroll. 2^{um}

Hae Medicamenta nocent hominibus vel biliosis, vel laxis, vel aquosis.

Piliosi proprie sunt, quibus nimia bilis copia per Intestina fertur refluxa versus Hepar impedito, cum itaque bilis per Intestina fluxus eadem satis superque lubricet, non debent alia his propinari lubricantia.

Laxi sunt, quibus Ventriculi & Intestini via nimis lubrica & flaccida fiunt.

Aquosi dicuntur illi, quibus in omni parte corporis pars sanguinis aquae accumulatur, quales sunt, quibus calor expellens & perspiratio desunt, ac proinde ipsi omnia sunt laesa; hi itaque non lubricantibus sed acerrimis semper sunt purgandi.

Secunda Ecoproticorum Rapis continetia quae faeces nimis cohaerentes diluendo movent, qualia sunt

1^o Aqua Communis, quae si potetur ea lege ut ad Intestina vergat, non autem versus peripheriam corporis, fit diluens purgativus; tendit autem per Intestina, si haec quatuor observentur quae observari etiam debent in usu omnium Ecoproticorum, nempe, 1^o ut assumatur mane vacuo Ventrículo; 2^o frigido sub Jove. 3^o ut vitetur. Sudor. 4^o ut determinetur versus Intestina leni deambulatione in frigido Aere.

2^o Aqua minerales, sive acidae sicut Padanae, sive Terri mercuriales, ut Granensis;

sive Sulphurea et vitriolica ut Britannica

III^o Animalium Aque, quales s.

1^o Lac, quod si recens hauriati observatis conditionibus predictis faeces diluit, alvumq; laxat.

2^o Serum lactis eodem modo sumptum; si vero corpus moriatur, tum diaphoreticum, vel diureticum evadit.

3^o Lac Butyratum.

4^o Muscula Animalium.

IV Omnia ex precedentibus composita.

V^o Fomenta et Clysmata ex precedentebus preparata.

Coroll. 1^{um}

Conviniunt haec omnia hominibus foetalibus (Class: lubric: descriptis; ergo nocent lacis, biliosis minus nocent quam lubricantia, quoniam magis aquosa sunt; hincq; si aqua mineralis propinentur in Hydrope a vasorum lasitate orta, certa mortem arceperunt)

Coroll. 2^{um}

Optima sunt Adjuvamenta in febris ardentibus & morbis omnibus inflammatorijs, sive assumantur p. os. sive p. Anum, sive Fomenti specie, sive alia quacumq; ratione.

Terzia Decoproticorum Classis continet ea quae intestina leviter stimulando faeces inde expellunt, absq; reliqui corporis turbatione; haec apud nos Lenitiva dicuntur. Vt viderentur ea dicere Minorativa, i.e. quae copiam faecis expellende non sensim & simul, sed per vias expellunt.

Huc itaq; spectant omnia Medicamenta quae Ventrículo & Intestinis assumpta valent eorum villas excitare in motus secretorios, hoc autem fieri debet reliquo corpore non perturbato; ideoq; sequentes duae conditiones omnino sunt necessariae, nempe

1^o Ut Medicamenta haec sint aliquantulum acria

2^o Ut vel sint crassa adeo, ut lactea ingredi ne
 quant, vel ut determinentur versus intestina,
 nec in Massam sanguineam recipiantur, con-
 stat enim nonnulla purgantia, si cum sang-
 uine misceri prohibentur, p inferiora ducor,
 sin contra, tunc p alias vias operari uti For⁴
 Lactis

Horum Medicamentorum nonnulla ex Ani-
 malibus desumunt, suntq;

1^o Succus acres Animalium, uti

1^o Urina, quae epota, & aere frigidiusculo ad
 interiora determinata purgat, eadem quan-
 doq; evaporatur in Spargma, unde pilula con-
 ficiunt, quae alvum laxant, modo perspir-
 atio impediatur.

2^o Bilis, quae acrimonia sua agit, debet
 autem parum inspissari, ut fiat instar Sap-
 opis, cum quo magnam habet congruentiam

3^o Lac quod aliquando cum aere fit in ven-
 triculo, sua itidem acrimonia purgat, unde
 videmus optimos Practicos Phthisicis Lac
 ovillum, caprinum, vel asininum exhibere,
 quo alvus laxa servetur

4^o Serum Lactis, quod saporaccum habet
 Sapore, et si aciescat, fit aeris, unde stim-
 ulando purgat post lenia tormina, quae
 inde oriuntur, quod ab aere sine fibra irri-
 tantur, istae autem irritata se contrahunt,
 siq; inter partes contractas Aer aliq; in-
 cluduntur, quapropter Aer Elasticitatis
 sua vi se expandit, fibrasq; valde urget
 et distendit, unde Tormina, Contractione
 soluta statim plerumq; sentimus facere
 loco ubi Spasmus erat versus Anum deen-
 dere, quae paulo post expanduntur.

5^o Lac Acidum.

6^o Casus recens qui in Corporibus quibus
 non bene a bile digeritur et subigitur

in Ventrículo commorando aeris evadit, uti saepe contingit in Infantibus.

7^o Coagulum lactis, quod in Ventrículo Vitulorum reperitur; hoc aliquando gustatum albu cum hōrore movet.

8^{vo} Ova Putrescentia, quae nonnunquam ostentant tantum Ventrículum p̄ superiora & inferiora movent, intus vero quantitate admodum exigua assumpta vehementer purgant.

II Quaedam ex solidis Animalium partibus uti
1^o Omnia quae solidis Animalium partibus continentur, uti unguibus, ossibus, Carnibus, si recentia sunt, & in Meracum liquidum coquantur; sic quoque omnia juscula si inspissent, i.e. diu coquantur; sic quoque omnia juscula si inspissentur, fiunt Salina & sal hic non est volatilis plane, sed Salis ammoniaci instar semivolatilis & semiflaxus, quae pro praestantia hīc est requisita.

2^{do} Semiputrida omnium Animalium, sic Caro semiputrefacta alvum lascat, si magis putrida sit, Diarrhoeam parit, si magis ad Haec Dysenteriam, uti saepe videmus in Homnibus obsis; idem de Sardo, Pinguedine Medulla dicendum est.

3^{io} Animalia quaedam integra cruda devorata, uti Ostrea, quibus Alcalina est natura, ut videmus ex illo liquore subsalsogratisimo in conchis contento, sic et pisculi minimi spiculis armati, quorum vis lascativa non debetur qualitati alieni speciei sed spiculis istis stimulantibus.

IV Animalium Succo, Carnes, pinguedines, Ova, & caetera cuncta, si muria, seu sale marino condita sint, ex eorum enim Imegmate oleoso et sale fit tertium quiddam compositum quasi saponaceum; huc pertinent salamenta omnia, quorum ex usu diuturno in Clapibus navalibus Diarrhoea saepe oritur.

V^{to} Stercora Animalium, quae saltem continent, qui ad naturam Nitri proximè accedunt, Itali sine, uti Stercore Pavorum, Columbarum pro albo laxanda utuntur; et optima sunt quae ex animalibus vegetabilia solummodo de pascentibus deprompta sunt, quoniam accrescunt.

Salis & Stercoribus extractos nitrosos esse inde constat, quod si Stercora in Aerros collecta, et plantarum rusticarum cineribus conspersa putrescere permittantur, Sal qui solvendo, evaporando, chrySTALLIZANDO ex iisdem colligitur, in ChrySTALLo plane nitrosos concrevit; hoc praecipue obtinet in Animalibus Sale marino non utentibus.

Huc referendi sunt Succi expressi ex Stercore Animalium; sine in febribus alijsq; morbis acutis, ut in Variolis, Morbillis &c ubi alvus laxari debet absq; multis turbis, laudantur Stercoris caprini, ovini, & simulum Succi.

Medicamenta Eecoprotica leniter stimulantia ex vegetabilibus quoq; habentur plurima, Sicutq;
I^o Omnes fructus horum, crudi, maturi, acres, acerbis, acidi, dulces, uti Poma, Pyra, Pruna, Baccæ, nullis exceptis, quorum alia plus, alia minus, omnia vero purgativa sunt; quae valde vero flatibus excitare solent.

Vis eorum Eecoprotica a Sale aeri dependet qui intestina leniter & successively stimulat.

II^o Fructuum dictorum Succi expressi, sive crudi sive in Syrupum decocti.

III^o Fructuum horum partes non solubiles, uti Cortices, Furfura, Acini, &c. quae in Ventriculo retenta acorem satis notabilem contrahunt, unde lenia quasi Epispastica, seu stimulantia evadunt, & cum torminibus purgant, ideoq; inde saepe numero in Infantibus trnellii, quorum Ventriculi haec minus solvere & digerere possunt, mala oritur Diarrhoea.

uti etiam aliquando ex uris Corinthiacis,
Prunis et similibus, illae stonim Uræ non dispa-
runtur in Ventriculo, sed integra cum reli-
quis faecibus rejiciuntur; hinc si non sat cito
expellantur vehementem acorem contrahunt,
& Intestina vehementer nimis stimulant, unde
Diarrhæa.

IV^{to} Flores Plantarum nonnullarum, uti Vi-
olarum, Rosæ pallidæ, sive subrubræ, Porricæ,
vel in pulvere, vel conserva assumpti.

V^{to} Saponis nativi, uti sunt
1^o Molæ cupus acrimonia inde patet, quod
Ulcera & Vulnèra detergat: huc spectat Multa
2^o Saccharum, quod cum Sal sit ex Arund-
inibus saccharatis collectus, necesse est ut stim-
ulet.

3^{to} Manna, quæ est Plantarum Succus, ex
iis fluens eo tempore quo Sal et Oleum in
tunc sunt unita.

4^{to} Sapa omnes, i.e. inspissamenta ex succis
maturis coctis; huc referuntur quoque Succi
fructuum maturorum recenter expressi, uti
Cassia, Tamarindorum; item egregia illa Sapa
floræ dicta; huc etiam referuntur gummi,
Aromatica acria, uti Ammoniacum, Scyrus
vis stimulan. non solum ex Sapore deri-
apparit, verum etiam esse eo quod cuti
applicatum stimulan. do perspirationem
promovet. Bdellium, Saga penum, Opopan-
ac, Galbanum, Myrrha, et eius generis
omnia, quæ partibus suis viscidis intestina
lubricant acerbis vero stimulant.

Medicamenta nonnulla Pectoricè ten-
iter stimulantia ex Salibus solis constant,
Sunt quoque

1^o Sales fixi Vegetabilium nativi, qui
sunt duplices, nempe

1^o Qui ex succis Plantarum minime
acidarum crudis extractur et hyst
allicando, hinc vel
(a) ex Succis Plantarum acidarum, hinc
et hinc et hinc

Sales quandoque alcalini sunt, quandoque
nitrosi, omnesque in Aere fluere solent, vel
(B) Ex Succis Plantarum acidarum, hinc
terrestres magis sunt, et tartaraceae nat
urae fere, horum dosi est $\mathfrak{z}iv$ ad $\mathfrak{z}viii$
Puscula.

Maxima Plantarum Vis hinc in Salibus
consistit, unde essentialis dicantur.

\mathfrak{z}^{do} Sal qui vaporum lateribus in quibus
Succi Plantarum fermentescunt, adhaerere
soleret, tartarus dicitur, qui sal acidus
est & in Aere nequaquam fluens; & qui
Christalli dicuntur Cremor, dosi \mathfrak{z}^{ss} ad
 \mathfrak{z}^{ss} in Pusculo; agit vi Acoris sui, inter
Qua sic, stimulando, nunquam vero
Lactea ingreditur. Solvi enim non po-
test nisi Alcalino fortissimo, & bulliti-
one fortissima, & aqua copiosa, prout
docet experientia, ideoque neque Simplici
nostra, neque calore nostro solvi potest
ita, ut sanguinea ingrediatur Vasa;
Difficilis Salis huius solutio inde quoque
patet, quod si aqua, in qua bulliret,
refrigeretur, et parum evaporetur, Cremor
supernatabit, & reliqua pars, quae magis
fusa est, gradatim subidet, usque dum
Sal totus aquam deseruerit.

\mathfrak{z}^{do} Sales Vegetabilem fieri Artificia-
les, nimirum qui ex plantarum combus-
tarum cineribus retrahuntur, hinc sunt
duplices, nempe

\mathfrak{z}^{o} Qui ex plantis leni igne combustis
educuntur, suntque non valde acres aut
urentes, quoniam olei paululum admixti
habent, hi facile dissolvuntur, ideoque vasa
lactea intrabunt, nisi regimine supra
dicto impediuntur; Dosi \mathfrak{z}^{ss} ad \mathfrak{z}^{ss}

\mathfrak{z}^{o} Qui ex Plantis igne valido combustis
educuntur, hi omnes sunt corrosivi.

ideoque sumi debent in aqua satis lar
ga copia, Dosis gr vi ad ℥ss.

III^o Sales omnes fopulati nativi; Sic, Sal
marinus ad ℥ij sumptus Ecoproticis
gerit, si modo regimen antedictum obser
vetur, alias enim, si sumatur. v. gr in lec
to calido aut in aere ad eundem gradum
cum lecto incalescente, Diureticus fit,
et in maiori adhuc colore Diaphoreticum
excitat. Facile enim ab humoribus, nos
tris dissolvitur, & lactea ingreditur. Idem
dicendum est de Borace, Salsgemma, et
Ammoniac, qui ad ℥ss sumptus, nec non
de Vitriolo quod ad ℥ss sumptus vomitum
est, ad gr vi catharticum est, praesertim
si ad candorem tostum sit.

Pro Medicamentis Ecoproticis, qua
stimulando agunt, habenda quoque sunt
omnia dura, acuta, & rigida, qua digeri
nequeunt, uti Simatura Ferri &c, ut Histon
monium, constat enim stimulantibus, & rig
idis partibus, quarum vis stimularis et
rigiditas nullo menstruo destrui potest,
adeoque gravitate et figura sua Sacchrymas
& glandulis Intestinalibus inducit.

Huc spectant omnia corpora aspera, uti
opacula, & Spina Animaliam, hinc Aquilla
cum Spinis suis cocta ab Helluonibus ad
Catharsin movendam devorantur

Acini quoque omnes Vegetabilium, uti
Uvarum, Paucarum Sambucinarum &c
stimulando purgant.

Vegetabilium quoque coctorum Cadavera
ut vocantur, uti omnia Olera cocta, vir
Spiritualia, Undivia, Vactuca, &c horum
enim ultima Solida dissolvi non possunt,
qua propter rigiditate sua stimulant.

Pro Ecoproticis quoque habentur omnes
Sapones tam naturales, quam Artificii

sive ore asumantur, sive inferne specie
suppositorij, Clysmatis, aut Fumij; et quid
em inter fumos praestat ille qui ex Tabacco
vel Solocynthyde habetur, vel etiam ex
utrisq; simul, R^o Pol. Tabac: Brasil 3i
vel Eff. Solocynth: gr iij comburantur. si
nuel, et fumus per idoneam Fistulam in
Intestinum rectum injiciatur.

Corollarium 1^{um}

Medicamenta hujus tertio Clasis, viz,
stimulantia prosunt & nocent ij, omni-
bus, quibus Medicamenta 1^a et 2^a Clasis
prosunt nocentur Dum

Corollarium 2^o

Medicamenta quae Numero 1^o et 2^o tertio
hujus Clasis describuntur, conveniunt in
omni Morbo Inflammatorio.

Corolar: Generale tres Clases spectant.

Medicamenta Eecoprotica in Intestinorum
Crasorum, coli praesertim, et obstructione sola
conveniunt.

Omnes haemina caeva & macilentia, qua-
strictam habent Alvum, post partum largi-
vent, & Melancholica fiunt, laborantq; mi-
errima obstructione hae Materia in intest-
ino colo indurata; duretior in isto loco
satis manifesto se prodit ad tactum, & pro-
placenta a nonnullis habetur, ab alijs pro-
liene, cum revera nil aliud sit, quam
farcimen in intestinis crasis nec alijs
medicamentis tolli potest; si enim Pur-
gantia fortia dentur, magne statim ex-
citantur exumna, uti Vomitus, Colica, et
Hysterica, Papsio, quae propter Eecoprotica
per modum Clysmatis injicienda sunt
ad istius infarctus remotionem.

Conducunt etiam Eecoprotica Artificibus
Melancholicis, uti et viris literatis, quibus
Abdomen plurimum et frequentor com-
primi solet, a dorsi diuturna incurv-
vazione

Tandem omnes lienis, Hepatis &c ab
obstructione morbos curant Eecoprotica.

195

De Phlegmagogis.

Phlegmagoga sunt quae Simplici pituitosam e corpore per Anum expellunt. Pituita est viscida et tenax materia, muco isti similis, qui ex hominis sani naribus tempore matutino secerntur.

Pituita hujus origo est 2.^a, nempe
1^o In omni vis saepe numero nascitur ex victu viscido, in iis quibus viscera sunt debilia, ita ut se valde contrahere nequeant, vel quia bilis et Succus Pancreaticus vitiantur, ita ut officium suum, attenuandi nimirum, dissolvendi, & coagulo conservandi Phlegmatis, prestare non possunt.

2^o Pituita saepissime fit ex liquidis non pituitosis, uti ex Saliva, muco Palati, esophagi, ventriculi, intestinorum &c, quae aquosa sunt, sed tamen partes habent quaedam facile coalescentes; Pituita ex dictis liquidis fit dupliciter, nempe

(A) Si Caloris vi parte liquidissima praevertur haec liquida; sic in febribus ardentibus, liquida nostra inspissantur, docet enim Experientia, quod si liquida nostra eidem caloris gradui, ac est ille proprius febris ardente laborantis, exponant, cito inspissantur.

(B) Si Stagnando inspissantur, tales quippe liquores, si moti & agitati non sint, brevi coarunt, eorumque pars liquidissima, sensum avolat, unde fit Inspissatio.

Hae Mechanica corporis nostri Structura patet vas secretoria, longe minora esse vasis sanguiferis; hinc per ea tenuissima tantum secerntur, et quidem

tenuiora longe quam ipse Sanguis; ergo pituita, quae tenax est & crassa non immediate ex Sanguine excernitur; nam quod dicunt de crasso mucos, videlicet illum ex glandulis Schaefferi excernitalem, qualis apparet, minime verum est; si enim à frigore contracta Membrana Schaefferiana inflammatur, excernat humorem limpidum & aquosum, qui mane proxi-
mo, postquam homo dormierit, genusque nervosum quieverit, mucus crassus evadit, nempe stagnando talis redditus, ergo non datur vasa quae talem pituitam in Sanguine praesistentem excernere possunt.

Ergo neque talia dantur Phlegmagoga quae materiam tam crassam praesistentem ex vasis excretorijs educant: sed Phlegmagoga sunt duplicia, nempe

1^o Quae materiam viscidam in intestinis existentem inde pellunt.

2^o Quae materiam ex sua natura ad coalescendum aptam in Sanguine per Intestina educunt.

Omne Phlegmagogum agit vel in ipsa intestina, vel in ipsam pituitam: ut enim ea educatur, apta debet reddi ad fluorem; hoc autem fit, vel pituitam vi acri dixerit dendo, eademve liquidum aliquod fluidum addendo, vel augendo motum Solidorum stimuli ope, ita ut pituita ab ipsa conteratur.

1^a Phlegmagogorum Classis continet ea quae pituita diluendo educunt, uti sunt
1^o Aqua calida pota aut fletoris modo in peto, Rere, modo Aer sit frigida, eteger leniter deambulet sudorem cavendo, et si per os aspiratur, ventriculus vacuus sit.

2^o Aqua cum saponaceis ut aqua mulsa
fervida & pota cum supradicto regimine, 134
qua valde resolvit, nam si adsit Sanguis
is coagulum, aqua fervida simpliciter
illud resolvit, mulsa citius; idem facit
aqua cum Casia & Manna permissa, uti
et cum Sapone Veneto, *Phylosophia, naturalis Animalium, & Sic*
3^o Gummi, Saponacea, i.e. viscida & propta
qua simul in aqua solubilia sunt & quodam
modo aëria; talia sunt Aloe, Ammonia
cum, Asa fetida, Bdellium, Galbanum,
Myrrha, Opoponax, Sagapenum, Terebin
thina, nativa; Sumantur hæc aqua fer
vida soluta, ea enim ratione multo citius
agunt.

4^o Aqua calida cum omnibus Salibus veget
abilibus, acidis exceptis, tales sunt Tartarus
alijq; in tertia Decoproticorum (Cass. & enumerati.
5^o Omnia in 2^a & 3^a Cass. Decoproticorum.

II da continet ea ~~quæ~~ quæ agunt quatenus
ipsas fibras intestinales excitant in motus,
quorum ope pituita præparata & contrita in vari
as partes dividitur, tandemq; excernit.

Talia sunt omnia aëria viscida non nimis
volatilia, in quibus aere ita ab alijs partib;
irritatum est, ut licet ea solvantur, hoc tamen
ab iisdem non separatur, sed in parte, cui ita
applicantur, defixum maneat, proinde nec
exhalare nec in lactea penetrare valeat,
hujus generis sunt omnia in Cass. præced
ente narrata.

Huc spectat Rocymel, quo nihil melius
ad pituitam solvendam.

Huc porro spectat Elixir pp^{tes} melle addito
insipiatum.

unctura acetosa cum Aromatibus acerrimis.

Herba piera Galeni.

Omnia Gummi purgantia, n^o 3^o Cass. & Cass.
memorata.

Mercurialia lenia, ut Mercurius dulcis

aere frigido sumptus, quo ad interiora deter-
minetur, & Salivatio vitetur.

Mercurius sublimatus minima copia sumptus
uti $\frac{1}{2}$ grani.

Antimonium cum nitri paucullo, ut Anti-
monij Diaphoretici gr: XV

Omnia Medicamenta Emetica et vehementer
Stimulantia minori dosi sumpta.

Præterea dantur adhuc Phlegmagoga officin-
alia dicta; illa vero omnia agunt stimulans
fibras per aere quodpiam volatile maxime
stimulans, quod per partes viscosas irrit-
tum et retentum est, talia sunt

1^o Agaricum, quod Fungus est arbori Varici
acrescens, cuius crudi dosis minima est gr:
x, maxima ℥ij, aliquando ℥ij in hom-
inibus robustis; si decoquat in aqua, et
deinceps eius Succus expressus colitur et
bibatur; duplicare debet dosi predictæ,
vini Spiritui immixtum diluatur ac
si est Sperma Colæ; dosis ad ℥ij; ita vero
intumescit, & Spengia instar dilatatur, ut
vix elici queat Structura: Agaricum boni
gustus præbet primo Saporem dulcem, vis-
cidum, ac redinem tandem valde amaram
post se relinquentem; ergo vis eius est
plane stimulant.

A. Baftard Saffron

2^o Semina Carthami, quorum Dosis est
a ℥ss ad ℥ij, si decoctum eius sumatur
duplicanda est dosis; extracti quoque
Spiritu vini facti duplicari debet dosis,
Formina vehementia excitant cum Abdom-
inis inflatione, si in substantia sumatur;

Battor Apple

hinc corrigi solent Zingiber, Aniso, Car-
damomo & quibus flatibus discutiantur;
sapore amarescente & viscido donantur;
Sticoolocynthis, quæ est species Cucumeris;
fructus hic Seminibus orbatus et exiccatus
medicamentum constituit purgans, amar-
itudinem habet violentissimam, sed in vis-
catam, & propter viscositatem suam facile
intestinis adhæret, tantaque est illius acri-
monia ut mortem sæpe adferat, testur

tibus filijs Prophetarum 2, Regum Caput 9.
Dosis in Substantia a gr iiii ad ℥i sed non
sine periculo datur, summa enim tormena
excitat, et in intestinis ulcera producit,
imo quandoq; sanguinem extrahit.

Menstruum ejus optimum est aqua, ex
qua fit extractum; dosis eadem est ac in
Substantia, et effectus aque efficax & ab
q; tam horrendis torminibus.

Extractum p Spiritum vini in Corporebus
frigidis & pituitosis plurimum valet; fuit
poe Arcanum Martini Rulandi titulo
tinctura aurea, qualem praebet, dosis est
ad ℥ij vel ℥ij Sympo edulcorat, addere
solebat Caryophyll, aut tale quiddam
ne fucus detegretur, hoc Tinctur inspiss
ata & exiccata dat Resinam cujus dosis
a gr: iiii ad viij.

Ita Euphorbium quod est Succus plantae
Semine tricoeco maxime referentis Pith
ymalum nostrum; ex pallido flavescit,
linguam urit, acrimonia ignea diu in
herente, maxime viscidum est, indeq;
admodum adheret intestinis nec nisi
Spiritu vini aut Salis inde dimovere
potest et solvi.

In minima Dosi viz gr ℥ valde purgat.
dosis ejus maxima ab Empiricis audacib;
prescripta est gr: xij.

In hominibus facile motis, o mucum ab
radit, deinde sanguinem elicit; optime
valet ad Hydropicos, in quibus vis ejus
maxime frangitur.

Dipolvi potest in Aqua, solutum hor
rendi est Saporis, hinc ita preparatum
in usum non venit.

In Spiritu vini solutum majorem acqui
rit vim, ideoq; dosis ejus maxima ad gr ℥ij
reducenda est, in Spiritu extrahitur
pars spiritusosa & resinosa, torrestre
relieta.

Si cum Aceto coquatur eius tota vis perit
 6to *Stromodactylus*, quae est Radix gummosa,
 quae masticata salivam reddit viscosam, et
 sapore amaro paucis abundo; dosis in Sub
 stantia a gr. X ad ℥ij, cum aqua decocta
 duplicata dosi dari potest.

In Alephole vini pars tantum resinosa
 educitur; in Spiritu vulgari extrahitur con
 pus. ex resinosis & salinis partibus constans.

6to *Jalappa*, quae est radix plantae mir
 abilis Peruviana dictae, quia tot flores
 totq; diversis coloribus praeditos fert; Mas
 ticata totum os visco obducit, & paulo
 post fauces exulcerat; lente deglutita
 linguam, fauces, & Oesophagum quasi com
 parit, quod malum aceto corrigi potest.

Dosis in Substantia pro Infantibus max
 imè contra vermes est ad gr. viij vel ix.

In Adultis maxima dosis. In rarissime
 fallit, nisi multum acidi sit in Ventic
 ulo; acida enim eius vires destrunt.

In Aqua decocta dosis duplicetur, citius
 hoc modo operatur, & minoribus cum tor
 minibus; additur Mel, Saccharum, vel
 simile quid ne fauces exulcerentur.

Si gr. ix cum Spiritu vini vulgari cog
 uantur, elicitur extractum ex partibus
 oleosis sive resinosis et salinis constans,
 cuius dosis eadem ac in Substantia.

In Alephole soluta, & inspissata datre
 senam, cuius si aequivalet, & cruda
 7mo *Mechoanica*, quae est Species Bry
 oniae, unde saepe *Bryonia alba* dicitur.
 benignius operatur quam *Jalapa*; gum
 mosa, viscosa, & acris est, eius dosis est,
 a gr. xij ad ℥ij in Aqua & Spiritu vini
 ut *Jalapa* solvitur.

8vo *Pruna* quaedam *Myrobalani* dicta
 à purcor unguentum et *Palavos glans*

quia viscosa sunt & glandibus similes; varia 111
sunt earum species, quae pro loci nativi
coloris, aut magnitudinis diverentate dis-
tinguuntur, in Officinis 5, species prostant
haec disticho memorata

Myrobolanorum species sunt quinque bonorum
Citrinus, Chrysalus, Bellericus, Emblicus, Indus
Omnes hi fructus sunt viscosi cum sapore
terreo; astringenti, & acri; hinc satis vehe-
menter purgant, postea vero constipant;
valde acerbis sunt, & non facile solubiles,
dosis est a ℥ij ad ℥vi.

90 Gummi Gotta, quod est gummi arom-
aticum Arabicum, expellit materiam in-
star mucis Marium. Dosis gr. xv ad ℥v.

In Vitello Uvi aut melle solutum duplicem
acquirat vim, Menstruam enim sive inter
ponendo inter partes viscosas exitum
praebet acerbis.

In Aqua minima tantum eius pars
dissolvitur, quod tamen solvitur, satis veh-
ementer operatur.

10° Turbith Gummosum species bulbi sive
radicis gummosae; vocatur gummosum,
quia masticatum talem qualem gummi
pro se fert viscositatem, cum heri amaro
intermixto. dosis est a gr. x ad ℥ij.

Decoctum ad ℥ in aqua lente operati;
si Spiritu Vini vulgari solvatur, fit
Clystum continens aquam, oleum, & Salem,
benigne satis agens; Si in Alcoholi sol-
vatur, fit resina optime purgans, ideo
ut parum refert qua ratione preparat.

11° Mercurialia huc spectant, et im-
puri Mercurius dulcis, qui si detur subti-
lissime tritus, fit Purgans, si grosso
modo, Phlegmagogus, non enim facile
solvitur in Menstruis; dosis: gr. ij ad ℥ij
Atque haec iam est Phlegmagoga Veteri,
mercurio excepto. Recentiores his ad-
didere Mannam & Aloem.

Manna est Corpus viscosum continens quamdam acrimoniam.

Alor hoc habet quod viscositate sua, & amaritute bilis referat, quae Bilis quidam Hypocretem, Cysium naturale audit, dosis a $\frac{1}{2}$ gr: ad $\frac{1}{2}$ ℥

Bryonia etiam his addita est, estq; radix fungosa, & crassa, maxime pituitosa, & sapore horrendo: dosis in Substantia est a gr. iii ad ℥ss

In Aqua aut Cervisia decocta pituitam lente sed cum vomitu & virulentia educit, Sapor eius in Decocto intolerabilis est.

In Spiritu vini decocta & inspissata duplicem vim acquirit. Convenit Mulieribus, quibus pituitam uterum obstruentem. obstructi sunt.

Poly podij Quercini radice viscositate & acrimoniam quoq; vi agit.

Corollaria Phlegmagogorum Solutionem Spectantia.

Omnia enarrata Phlegmagoga constant parte viscosa, quae vel gummosa vel resinosa est, et Salino volatili penetrante sed invisicato.

Si corpus in qua neque Salina nec gummosa nec resinosa pars praedominetur, solvatur in Aqua, quod post Solutionem remanet vim purgantem retinebit, quamvis aqua vis purgans communicata sit.

Si residuum illud Spiritui vini vulgaris immixtum sit, quod in eodem indissolubile remanet, erit purgativum.

Si residuum illud secundum in Aleoole vini solvatur quantum fieri potest, quod remanet non erit purgativum, sed plane inertis instar capitis mortui.

Dum corpus in quo Salinum praedominetur in aqua quantum fieri potest solvatur, quod remanet erit inertis, uti evinit in Corporibus non resinosis, sed gummosis, quales sunt Agaricum & Bryonia.

Item si corpus sit semi-salinum et semi-resin
osum & si in spiritu Vini vulgari, quantum
ferri potest, solvatur, quod remanet erit mers.
Item verum si solum resinosum predominetur
tunc omnis eius vis purgativa Alcoholi vini
extrahitur & quod remanet mers erit.

Item si tres Solutiones Corollario s^o dicta com
miscantur, et leni igne inspiciantur, corporis
soluti vires integras, sive quantum sponte
am inde habebimus

Item Omnia haec Extracta in Aere aperto
conservata nauseabundam spirant odorem,
quo cepante perit eorum Virtus, sed remanet
pondus.

Item Omnia haec foeta cum acidis, uti Aceto
oleo Vitrioli, Spiritu Vitri, Spiritu Sulphur
is per campanam vim suam amittunt.

Corollaria Practica

Item Expositorum Medicamentorum usus
necessarius est in hominibus quibus viscera
prima, i. e. Organa quibus Chylus conficitur,
debilia sunt.

Organa ista s^t duplicis generis, nempe
(a) Os cum suis Instrumentis masticationi
inservientibus.

Oesophagus cum suis Musculis deglutitionis,

Ventriculus cum suis musculis digerentibus.

Intestina cum suis musculis comprimantibus

(b) Diaphragma, quatenus motum omnibus
communicat

Musculi Abdominis, et Pectorales.

Motus Arteriarum, et Hepatis.

Item Phlegmagogorum usus perquam necess
arius est, in omnibus morbis ortis a Chylo
propter inertiam Bileis vitio

Bileis enim Menstruum est cuius efficacia
visciditas ciborum maxime superatur, et
resolvitur; qua propter si vel nimis mers
sit, aut parce nimis in intestina fluat
brevis Pituita et Phlegma circa intestina
crescant, unde homines taliter affecti Hyd
ropici, aut Pituitosi redduntur; Illis

Phlegmagoga parva dosi aut saepe repetita
 prosunt maxime; conveniunt quoque in omni-
 bus morbis frigidis, i.e. ijs qui pendunt ab in-
 ertia et a primorum viscerum & menstruorum;
 ex quibus vitijs duobus oriuntur tumores sine
 dolore albi Succopplegmatici dicti, Infarctus
 Abdominis, Hydrops, Pallor Virginus &c
 Etiam Phlegmagoga ijs prosunt, quibus pal-
 or totius Corporis viscerum Salivae, Succi pan-
 creatici & intestinalis adsunt, in quibus
 faeces quasi Pituita obvolvuntur.

Rubedo Corporis pendet a Sanguinis rub-
 edine, haec a circulatione per vasa et in-
 primis per Pulmonaria in quibus minima
 particulae violenter compinguntur a vi resis-
 tente vasorum contra vim impellentem for-
 dis; unde fit ut adigantur in Maculas sol-
 idas et rotundas, ac proinde rubras; hinc
 si Pallor Corporis occupet, novimus ex morbi
 natura

1^o Vel Vasa esse nimis laxa.

2^o Vel Sanguinem deficere,

3^o Vel Cor se non satis valde contrahere
 adeoque vim solidorum in fluida imminutam
 esse; cum enim haec vis desinit, statim Sang-
 uis pallescit, uti docet Experientia; nam Sang-
 uis ruber extractus & quiescens statim palla-
 scit, et solvitur in Serum pituitosum.

Hinc ergo Phlegmagoga quae diluunt, resol-
 vunt & stimulant, plurimum conveniunt,
 quoniam defectum motus in primis vis-
 a quo ejusdem in Corde defectus maxime
 pendet tollunt.

Etiam Phlegmagoga ijs conveniunt, qui ex
 vita nimis sordidaria, aut victu nimis
 viscido, uti fabis, farinaceis, non omnino
 aut saltem non admodum fermentatis, pal-
 lescent, et pituitosi fiunt.

tum Optima Methodus curandi morbos quatuor
habet, nempe

Per aliquot dies prepararetur corpus exhibendo
ea que viscera stimulant, & pituitam deluant
& resolvant, qualia sunt ea que exposita
sunt 1^o & 2^o num. in Capis, ubi agitur de Sapo
onaceis, & gummi fetidus, nec non ijs que con-
stant exlaqueosis, et Salibus Artificialibus
Alcalinis fixis.

Materia voluta & ad motum habitus reddita
expellatur per Phlegmagoga in 2^{da} Capite des-
cripta, ex: gr. Sit homo toto corpore frigidus
pituitosus, iners, cruda et non facile solubilia
comedat, indeque ipi metus Hyropis instet,
Curatio instituitur dando ipsi Saponis Vomiti
in pilulas redacti singulis horis gr: ij, post
singulas pilularum doses gr v: ad x. Salis
Petrae aut Glauberi fixi, aut Salis fixi
Tartari, aut Anserum clavettatorum, sive
gummi Ammoniaci ex Vino Hispanico aut
aqua Menthae post horum per aliquot dies
usum, datur quolibet Vespere pilula ex Aloe
ad gr iij vel iiii, et mane sequente eadem
pilula cum gr i, sive semigrano Euphorbij,
sic brevi curabitur Ager.

Etiam hinc patet quod Purgantium debite ex-
hibitorum ope infinite morbi curari possunt,
non obstante Sententia Helmontij aliorumque
Chemicorum, qui dicunt omne purgans esse
venenatum, ac prouide corpus semper de-
bilitare.

De Cholagogis.

Priusquam veram Cholagogorum naturam et
effectus exponamus, eorumque Classis exponer-
emus, veterum de iisdem experientiam sententiam.

Antiqui duplicem agnoverunt bilem, unam
atram sive splenicam, alteram flavam, sive
Hepaticam, Medicamenta priorem purgan-
tia Melanagoga, posteriorem Cholagoga
vocarere, quo nomine donabant omnia
illa Medicamenta, eaque sola, que faeces

Bilem Cysticam colore flavo alijsq; proprietatibus referentes expellebant, qua quidem ratione in duplicem errorem delapsi sunt, nempe

1^o Cholagogorum numero excluderent nonnulla Medicamenta vere Cholagoga, nimirum Medicamenta Bilem Hepaticam strictè dictam moventia, hæc etenim Bilem nisi in Sinu Glissoniano evocam inetur, antequam Bile Cystica commista sit, omni Characterere, viz sapore, odore, colore tenacitate, Lympham plane refert, ac proinde licet Cholagogorum ope educatur, tamen facies inde flavescunt

2^{do} Sapenumero pro Cholagogis habere, quæ revera talia non sunt, prout statim patebit.

Bilis Cystica distinguitur ab omnibus alijs Corporis liquidis, quatuor hæc Characteribus.

1^o Amaritæ suæ

2^{do} Flavædine

3^o Splendore, seu lucenti

4^{to} Spiritu sine, sive tenacitate sua.

Ex præsentia trium posteriorum Characterum in fecibus Alvinis (de primæ præsentia nihil dicere potuere, quoniam feces gustare non solebant) easdem biliosas concludebant antiqui, & consequenter Medicamenta omnia tales feces expellentia Cholagoga neminaverit, sed temerarie admodum, nam flavædo ista est Splendor velucens, quæ quandoq; in fecibus viscidis per Cathartica expulsis observantur, possunt esse progenies ipsorum Medicamentorum corrupta et præcipue Mucum intestinorum flavædine velucente inficentium, licet Bile ne minimum quidem adsit, Sic Capia parva quantitate sumpta urinam & feces flavo tingit colore, (quem ne quis Bili tribuat) si majori quantitate sumatur viridem inducit, si majori adhuc atrum, hoc Manna sumpta flavescunt quoq; feces, uti et ex Amarindis, a quibus pituitosa quoq; evadunt. Aloe in aqua multa soluta lentè valde

ipsamq; Bilem amulatur, & feces semper flavedine tingit. 149

Hoc dictis patet quantum errabant Antiqui, dum esse effectum quem Medicamenta habent expellendi feces instar bilis coloratas, eadem bilem revera purgare concludebant.

Respecta itaq; veterum Sententia Cholagoga omnia ad duas Classes reducemus; quarum 1^a continet omnia illa quae Sanguinem Hepaticum attenuando uberiorem bilis Secretionem promovent; Secunda vero continet omnia illa quae Diaphragma et abdomen violenter concutendo bilem ex Hepate & Vesica fellea intestina derivant, unde postea sedes a Corpore amandari potest, si modo opus sit. Sub Prima Classe continetur.

1^o Omnia Saponacea naturalia, uti Succus omnium Fructuum Horaeorum, acido-dulcium, maturorum ut Uvarum, Cerasorum, Mororum, Rubi Idaei & vulgari, Pomorum Pyrorum, Baccarum Sambuci &c, Haec omnia liquefaciunt ea quae in Vasis haerent, adeoque etiam Bilis, sed quandoq; in tantum ut Choleram morbum accipiant.

Huc maxime referendi sunt Succus quarundem plantarum manifeste saponacearum, uti Succus Elychnidii Saponaria dicta. Huc etiam spectant Cassia Manna, Mel, Saccharum, Tamarindi, Succus Rosarum pallidarum, Aloe, Scammonium, Myrobalani Rhabarbarum.

2^o Saponacea Artificialia; quae ex Oleo & Sale arte combinatis constant; Horum varia sunt Species antea enumeratae, omnium autem praestantissima est ea quae ex Sale alcalino Alcalino volatili, & oleo volatili conficitur.

Huc referantur Elixir Proprietatis & Syrupi omnes moderate Aromatici, uti Syrupi de Artemisia, Fernelij, Potryos, quinq; radicum aperientium, Lichorei simplex et cum Rhabarbaro, Rosarum solutivus simplex et cum rosa, Violarum; Sumantur hi omnes in sero lactis, decocto Taraxaci, vel simili diluente mane vacuo Ventriculo.

Sub Classe secunda continentur omnia Emetica fortiora, uti Asari folia, Emetica Antimonialia

Corollaria.

1^{um} Bileis nunquam evacuari debet, nunquam enim copia peccat nisi in ijs hominibus qui diu nimis à cibo abstinere, quò in Casu nil aliud requiritur quam ut sumatur Cibus.

2^{um} Medicamenta hæc adhibenda sunt in omnibus morbis qui ab obstructione Hepatis aut ductus biliarij oriuntur; ac proinde in Jctero valde prosunt; notandum vero quod si febris una cum Jctero adsit ab ijs medicamentis tunc temporis abstinendum sit, febrim enim, sive potius inflammationem à qua febris ista ortum suum habet, adaugent. Jcterus sæpe numero procedit ab Hepatis p. Crystaceas, Gypseas, Calculeas, aliasq; concretionibus obstructione, quandoq; ab infractu ductus communis p. Capifillum, quem semper comitantur Vomitus enormes; Morbus hic fluidiosus ob Vitam sedentariam ut plurimum affligit, cujus debellandi hæc videtur optima & p. Methodus, v.g. detur quotidie serguilis Roris pilula ex Capone Veneto, vel parte Aloes cum Melle, vel Hiera picra parva dosi, vel Sal polychrestus cum mellis paucillo, vel Elixeris p. ptis gutt. x cum paucillo Sinegmatidis ex Rhabarbaro, & superbibatur potus tenuis Saccharatus vel mellitus, vel Syrupus Violarum, cum Dieta stricta, & continuetur horum usus donec concretionibus resolvi incipiant, quod plerumq; intra unum aut alterum mensem fieri solet, quodq; dignosci potest ex mutatione coloris, in Urina, facibus, et fute, tum exhibeantur Emetica fortia quibus Abdomen fortius conuentiatur & materia soluta exprimat (hæc non sunt in initio præscribenda ne partem fluidissimam emungendo concretionibus magis duras & fixas reddant) finita Emetici operatione vespere detur Opium, postea se sensim aperiat patiens excretio & cibis magis crassis.

Qui fiunt à defectu Bilis Morbi. curandi sunt admin
istrando ea que facile solvantur uti Plisanus, Di
tellos oorum, & Similia, una cum Saponis pilula

De Hydrogogis.

Hydragoga sunt Medicamenta purgantia que
aquam, i.e. Serum intestinale saliv osum educunt

Serum dicitur omne liquidum a Sanguine
secretum, quod nec pingue nec rubrum est,
etq; vel coherescens ad ignem in Massam
duram instar Albuminis ovi, & tale est. Seru
Sanguinis proprie dictum, vel non coheres
cens, sed exhalans, & post se relinquens fe
ces crasas sed non coagulatas, talia sunt
Saliva, Sudor, et Urina

Serum ab Hydrogogis eductum est posterius
illud, vocatur intestinale, quoniam in intes
tina derivatur, idq; dupliciter, nempe
1^o a glandulis oris salivatis, nec non a so
phagi & Palati glandulis exhalat, & deglu
titur.

- (A) a Glandulis Ventriculi
- (B) a glandulis Pancreatis
- (C) a glandulis Hepatis p ductum hepaticu
- (D) a glandulis intestinalibus ipsis

Liquidum hoc ope Hydrogogorum majori
multo copia quam naturaliter fieri solet edu
citur, & per Anum expellitur.

Hydragoga omnia ad tres Clases revocari
possunt, quarum

Prima continet ea que hujus liquidi secre
tionem augent glandulas intestinales stimu
lando

Secunda continet ea que dicti liquidi
secretionem promonent.

- 1^o Sanguinem in partes non rubras solvendo
- 2^{do} Eundem ita solutum velocius promovendo
quo majori copia ad glandulas intestinales
secretorias applicatur

Tertia continet Medicamenta illa, quae utrumque simul agunt.

De Prima Hydragogorum Classe

Hujus Classis Medicamenta ad intestinorum membranam intimam applicata, eandem instar Vesicatoriorum in vesicas tollunt, easque postea solvunt vi sua caustica, unde sequitur continuum Lachrymarum intestinalium, Attilicidium.

Tota corporis superficies externa, omnesque ejus superficies internae plene sunt vasibus liquidum modo dictum continentibus, quibus si applicentur corpora acria quae valent vasa ista solvere simul et quae tam crassa sunt ut eadem intrare nequeant, liquidum illud educunt, & vocabuntur Vesicatoria aut Hydragoga prout huic vel alteri superficiem demoventur, nempe interna aut externa.

Quapropter omnia acria Vesicantia, quae ita crassa sunt ut venas lacteas ingredi nequeant, sunt Hydragoga nullo excepto, & quo magis acria crassaque sunt, eo quoque fortiora constituent Hydragoga.

Hujus Classis Hydragoga duas habere debent Conditiones, nempe.

1^o Debent in se continere quoddam tonus, urens, rodens, aere.

2^o Illud urens debet ita in corpore gummoso aut resinoso involvi, ut non totum simul exhalat, sed successively, unde fiet ut successive rodatur.

Talia Medicamenta duplicia sunt, velim ex Vegetabilibus, vel ex Fossilibus desumuntur.

Quae ex Vegetabilibus desumuntur, sunt
1^o Radix Mechoacana, quae jam inter Plegmaga numerata fuit; Verus habet fere instar Galapae, in Alechole soluta tincturam praebet quae inspissata fit Resina; Si Tinctura illa in Ore trincatur, os et fauces intolerabili ardore afficit, & Salivationem excitat; Si in deglutitur, totum Oesophagum & fauces inflammant & humoribus opplet; Si Resina

masticetur, Salivam violenter movet, & oculos
cerat; Si cum ovi Albumine ulceribus sordidis ap-
plicetur, eadem abstergit.

Dosis radice est a ℥i ad ℥ij; quae dosis major
est quam pro Scopo Phlegmagogorum requirebat;
quoniam in hoc casu Stimulus fortior esse debet.

Hydragogum nobilissimum est, sed statim deglut
iri debet, ne Os et Fauces laedat, praeterquam debet
viscoso quodam involvi.

II^o Palapa; Haec si masticetur in ore esse vid-
etur, sed tandem acerrima esse sentitur, Tinctura
cum Alcoholo facta in Ore detenta Os et Fauces ex-
ulcerat, Resina masticata incredibilem dolorem
& tumorem caecitat, Salivaque secretionem valde pro-
movet.

Si in Aqua soluta sumatur, aquam vespere-
menter purgat, uti et eius Tinctura saccharoedul-
corata.

III^o Ebulus sive Sambucus sylvestris sive humilis
cujus fructu & Cortice medico utimur; Baccarum
dosis est a ℥i ad ℥ij; harum uti et Summitatum esse
luberi solet a ℥ss ad ℥i. Cortice medianus si ad ℥ss
infantibus, ad ℥ss adultis datur, vehementissime
aquam educit, fortius quam Sambucus.

Ebuli Baccarum & Cortice si gustentur, saporem ac-
rem, & laedentem praebent.

IV^o Quina Cathartica vel Rhamnus Catharticus
sive Tinctorius, eo enim utuntur Pictores; Baccarum
Succus rospereus sumitur ad ℥i, in Syrupum coc-
tus ad ℥ij, secundum Sydenhami observata nihil
magis aquam purgat, Succus in Ore retentus
Saporem quasi igneum praebet.

V^o Soldanella, quae est herba maritima et Spe-
cies Convolvuli; apud Batavos maritimos habet
pro divino Medecamento; Sapor est acerrime
salsus; usus est in acetarijs, sed ab aceto visus
plurimum infringitur; herba est limosa, lenax,
cum acedine; Alvum purgat cum torminibus;

Dosis in Substantia a ℥i ad ℥ss.

VI^o Gratiola; Haec saporem habet igneum amar-
ipimum cum Succo viscoso; aquas educit cum tor-
minibus summis, solutaque vomitum excitare;
Dosis a ℥ss ad ℥ij in infusione.

VII^o Iris Palustris, quæ nostra dicitur; hæc vehementissime agit; Dosis in Substantia est a ℥i ad ℥ij. Succus a ℥ss ad ℥ij sumitur; hicq; enter potanda si cautio non adhibeatur, Orophagum in Bullas summo cum dolore elevat, assumpto vero aceto tollitur dolor.

VIII^o Esula; hæc referuntur Fethymali et Euphorbium: Succus Esule quoad colorem & consistentiam Lac emulatur; ad os vero aeris est, ut si cuti applicetur, instar ignis exculcerat; estq; ad os tenax ut calore leni evaporatus in resinam abeat.

Martenus Rulandus in Germania habebat Arcanum quoddam pro Hydropticis, qui ingenti numero ad eum confluebant, quosq; ferè omnes sanabat. vel levabat; arcanum erat fortis Esula decoctus in sero lactis & melle edulcoratus: Dosis Esula in Substantia est gr iij ad viij. infusè dupliciter dosis.

IX^o Gutta Gamburgica; hæc plurimi dicunt esse speciem Euphorbii, quod ex lasa planta extillat; color flavus ipsi consiliatur, ne detegatur succus: si gustetur Os exculcerat, faucibus tenacissime adhaeret, & Vesicæ excitat; optimum est Hydragogum: Dosis a gr $\frac{1}{2}$ ad gr: xij in Corporibus difficilius motis; vomitum plerumq; excitat.

X^o Elaterium, seu Cucumeris Asinini succus ad solem inspissatus; valde acere est & ad os viscosum est licet per centum servetur Annos, nihil omenus tenax manet. Laudatur a Sydenhamo tanquam ultimara Anchora in Hydrope; Dosis est a gr: $\frac{1}{2}$ ad gr: xij; vehementer purgat.

Hydragoga Prima Rapis ex Fossilibus desumpta.

XI^o Mercurius dulcis, qui constat ex Salis marini Spiritu in Mercurio concentrato sive recondito optimum est Hydragogum, si grosso modo exhibeatur, a liquidis enim nostris non facile solvitur, hinc in Intestinis hærens ea vi Acidum stimulat; Dosis est a gr iij ad ℥ij aquas visolenter educit.

Si exhibeatur tenuissime attritus Salivationem excitat.

153

Siquispe contritus vulnere applicetur optime cor-
rodit callos ad Marginem natos.

II^o Mercurius præcipitatus albus, cujus vis con-
sistit in Spiculis acidis, quæ non sunt recon-
dita sed aperta & ruda, unde si Alcalinis in-
fringantur aut vi Ignis separantur et expell-
antur, dulcis evadit, Dosis maxima est gr. i, et
violenter purgat.

III^o Mercurius præcipitatus ruber; vehementer
purgat. Dosis est a gr. i ad v.

IV^o Mercurius præcipitatus flavus; optimum est Hy-
dragogum, sed cum moderamine exhibendum, alias
enim Salivationem excitat, dari itaq; debet sub
quatuor Equibus antea præscriptis, ut determi-
netur versus Intestina, & absq; alijs medicamentis
quæ possunt eundem in corporis habitum deriv-
are, quæ sunt Diaphoretica et Opiata.

Ulcerâ rodit, & superfluitates consumit etiam
in Callis pertinacissimis, at non sine Dolore.

Paracelsus eum vocavit Turbith Minerale, quo-
niam Lympham eodem modo expurgat ac Turbith
Vegetabile, quod Lympham ex intimis podagræ
Corporis articulis educere censetur.

V^o Mercurius præcipitatus viridis.

VI^o Metallorum Crystalli, uti

1^o Sapis infernalis sive Vitriolum Luna. Dosis
a $\frac{1}{2}$ grani, ad gran. vi.

2^o Vitriolum Veneris; Dosis gr. i aquas violenter
educit; huc referri potest Scops Veneris, quæ lau-
datur à Veteribus, & a Modernis etiam tanq^m An-
chora sacra; Hoc Medicamento curatus erat
Carolus (Vid. Forrestum) cum Hydrope laboravit.
Dosis gr. vi.

3^o Vitriolum Martis.

VII^o Vitriolum commune; dosis est à ℥ ad ℥iij
Feroli. Hæc omnia Medicamenta agunt acrimo-
ria & non scificia aliqua virtute, Hoc demonstrat

1^o Sapor omnium Acerrimus.

2^o Ardor quem fauci bus inducunt

3^o Vesicula, quæ omnia, Jalapa & Mechoacana
non exceptis, excitant.

4^o Dolor, quem vulneribus applicata creant.
 5. Analysis Chemica, omnia autem soluta vel in
 aqua vel in Spiritu Vini, quantum fieri potest,
 vires acerrimas monstruosis suis communicant, et
 quod intactum & indissolutum remanet vires
 plane nullas habet.

De Secunda Hydragogorum Classe

Hujus Classis Medicamenta sunt ea quae Sang-
 uinem in liquidum serosum solvunt, & solutum
 velocius movent, quo majori copia ad glandulas
 intestinales applicetur: ut autem haec fiant,
 necesse est ut Medicamenta cum Massa Sanguin-
 is commisceantur, et ne quis putet Purgantia
 haec cum Sanguine nunquam misceri, id triplici
 Argumento probabimus.

1^o Infusiones sive decoctiones Martis, Senna, & Rhabar-
 baro Lomonum & Prutorum corporibus nempe
 Thoracis cavitate injectae apud Anglos, Gallos,
 Italos, post horae dimidium dejectiones per
 Alvum producere, idcirco non dubitandum
 quin venis receptae fuerint.

2^o Mercurius pedibus ad Salivationem excitan-
 dam affriectus saepe numero Diarrhaeam accipit
 non nisi Diaphoreticis & opiatis compescen-
 dam.

3^o Quilibet Fluxus serosi per alvum curatio
 perficitur Diaphoreticorum & opiatorum ope.

Medicamentum hujus Classis unum solummodo
 noscimus nempe Mercurium, qui si dulcis sive
 crudus sumatur pauca dosi et saepe repetita
 & sub quatuor istis legibus supradictis, post
 duos tresve dies sequentes sequetur Fluxus
 Alvi serosus.

De Tertia Hydragogorum Classe

Ad hanc Classem pertinentem, & Classis Med-
 icamenta, quae tum glandulas stimulant & ex-
 cretiones augent, tum Sanguinem solvunt,
 solutumque movent. sicut enim Cant Haridas
 cuti externa applicata vesicas excitant,
 simul et Sanguinem ita solvunt ut mictum non
 nunquam eruentum inducant, ita quoque omnia
 vesicantia et acria qualia sunt ea quae in

155
prima Classe numerantur; Intestinis applicata
in iisdem simul Vesicas excitant, Languinemque
solvunt et eo derivant.

Corollaria

1^{um} Medicamenta Hydragoga conveniunt in omni-
bus morbis ubi abundat Bilivosa in Sanguine Sym-
phaj; tales sunt omnes illi Morbi in quibus viscera
prima debilia & infracta sunt, unde partes Elemen-
torum non ita attenuari possunt, ut vasa lactea in-
troeant, & Symphæ admisceantur; tales quoque sunt
Morbi in quibus Cordis & Arteriarum vis contractilis
debilis est, unde Sanguis nimis tenuis evadit; con-
stat enim ex Anatomicis quod quo fortior est vis
Cordis & Arteriarum, eo crassior sit Sanguis, & quo
debilior, eo tenuior; sic Rusticis multum labor
antibus, Papulatoribus & similibus Sanguis valde
compactus est in delicatulis vero & in omnibus
quibus viscera debilia sunt, ut Venæ phlegmaticis
Phtisicis, Scorbuticis &c. plane æquosus est.

2^{um} Conveniunt in omni humorum extravasatione
et stagnatione, ac proinde in omni Tumore ad
ematoso & contusione.

3^{um} Conveniunt in istis Morbis in quibus liquidum
subita solutio aut evacuatio requiritur, idcirco in
Fistulis, Scabie, omnibus Hydropis speciebus,
Apoplexia qua sæpenumero à Sero in Cerebricis
statibus extravasata oritur, Gonorrhœa virulenta
& similibus.

4^{um} Quoties hæc Medicamenta propinanda est,
dentur s^a vice dosi satis larga, alias enim, cum
caustica sint, valde stimulant, nihil vero
evacuabunt, unde diæ anxiotates & tormina
oriuntur

5^{um} nocent Hydragoga in omni morbo inflama-
to, sive Inflammatio sit in Arterijs, sive in Vasis
Lymphaticis; idcirco in febris omnibus, nisi vana
pectis præcedat, nocent. Hypochondriacis quoque
& Hystericis nocent, ij etenim ab Hydragogis hæc
violenter sæpenumero purgantur, sed inde in animi
deliquium incidant

6^{um} Omnia Hydragoga facile Hypercatharsin
inducunt

Hypercatharsis duplex est
 1^a Species fit per Medicamenta nimis evacuantia
 quum sic humorum velocitas & tenuitas per Med
 icamenta ita augentur, ut inde Vasa excretoria
 ultra tonum suum extendantur, & Paralytica fi
 ant, que fit ut ~~se~~ contrahere nequeant, sed
 aperta maneant, & consequenter humores quam
 par est copia effluant. Huius mali curatio optima
 instituitur per adstringentia summa cum Opiatis
 & spirituosis; Spirituosa enim omnia coquant,
 ut docet Chemia, ergo austera & Spirituosa sem
 per sunt adhibenda.

2^a Species Hypercatharsis est spasmodica, qua
 lem Hippocrates describit ab Hellebore oriundum
 Spasmi valde concutiunt, indeque humores expell
 unt. Hoc in casu conveniunt acida mineralia
 una cum Opiatis, & calidis Aromaticis.

De Melanagogis

Veteribus atra Bilis duplex erat, nempe
 1^o ex Liene, & dicebatur Humor Melancholicus
 Fax, Praesamentum Languinis; Huius materiam
 Languinem melancholicam esse dicebant.

2^o Ex Hepate, & vocabatur Bilis Hepatica esse
 apata.

Ergo Medicamenta Melanagoga a Veteribus
 dicebantur.

I^o Quae humorem Atrabiliarium purgant, ex Li
 ene per Intestina; hoc autem fieri posse ante
 dictum est, simul et via, qua transit iste
 humor, aspicenda; ac proinde hoc in casu non
 errabant.

II^o Quae bilem Hepaticam atram educunt, verum
 si serio attendamus, videbimus.

I^o Quod plurima Medicamenta purgantia sunt,
 quae faeces atras reddant, sic Polypodium Quercu
 um quod pro Principe Melanagorum habetur,
 sequens naturam omnium Quercuum, quarum pro
 prietas est omnia fere est omnia fere colore ni
 gro tingere, mucum intestinale colore atro in
 ficit, hincque Melanagogum dicit; sic Capia Lapis
 Armenius & Saculi habita fuere a Veteribus pro

Melanagogis, quia faeces nigerrimo colore tingunt
uti et Vitribla omnia.

154

2^{do} Quod aliquando naturæ vi absq; Cathartico ad-
ministrato per superiora & inferiora rejiciatur Mat-
eries nigra, quo in casu omne illud dici potest Mel-
anagogum, quod hanc Materiam blande expellit,
vehementer enim non debet tractari, sed lenibus
purgantibus.

Absolutis omnibus Purgantium Capitibus sequuntur

Corollaria de Purgantibus in Genere:

1^{um} Totum fere Corpus humanum depurari pot-
est per Alvum, licet contrarium asserat Helmon-
tius; depurare vero est separare. partes quasdam
determinate tractura & acrimonia per quas dif-
ferunt à reliquo Sanguine quocum circulantur;
iste autem partes ut plurimum sunt minores
partibus sanguineis, ac proinde si in Lienis Hep-
ate alijsq; visceribus vasorum excretoriorum lax-
tatem minuere possumus, expulsiorem vero
canalium augere, patet quod peccantes ille
partes facile separari possint.

cum Purgantia non sunt venenosa ut asseruit Par-
acelsus, et Helmontius probare conatus est his
duobus Argumentis, nempe 1^o quia aucta dosi sem-
per mortem arceperant, 2^o quia Theriaca, quæ ven-
enis resistit, conducit ad Purgantium vim
tollendam; sed ad hæc respondemus, quod non
solummodo purgantia, usum etiam quæcumq;
maxime salubria nimia quantitate sumpta mor-
tifera sint, deinde quod Theriaca sistat Medicamen-
torum vim purgativam vi opij quod continet,
illud enim pro tempore sistit omnes motus contrad-
iles solidorum, unde minor expulsio per Secretoria
vasa, & excretoria.

Item. Vectiva nulla dantur purgantia, id, quæ bi-
lem Symplicem, pituitam reliquis intactis expellunt.
Hæc hæc historia Purgantium satis patuit, cum
enim de ijs in specie dictum est, clare vidimus qd
æqualiter in omnia nostra liquida agant, sed
moveretur solum materies maxime fluxilis, quæ
facillime deponi potest.

lumq; purgantium falso deducitur ab Acido, vel ab Alkali tantum, vel a Sulphure quodam in harente, nam Succus Vegetabilium, & Spiritus Sili purgant, quibus tamen nihil Sulphurei inest. Omne vero aere quod stimulare potest est purgans.

Cap. 11. lum.

De Vomitorijs.

De Vomitoria intelligimus omnia Medicamenta quorum vi Ventriculi contenta sursum in Os per gulam propiciuntur.

Vomitus causa proxima & immediata est compressio laterum Ventriculi in contenta; ista autem compressio oriri potest vel a contractione fibrarum ipsius ventriculi, vel a causa externa ventriculi latera valde premente, vel deniq; ab utroq; simul, hinc tres sunt Vomitus Species.

Prima est ventriculi per superiora violenta & vacuatio, ipsius ventriculi fibrarum contractione procuratur; & ad hanc Speciem requiruntur 1^o Materia repellenda aptitudo ad repulsionem, 2^o Glucositas, 3^o Pylori accurata contractio, et superioris orificij contractura. 3^o Ventriculi distincta & consequens contractio, quae a fibris Ventriculi fistulis agentibus dependet.

Talem Vomitus Speciem agnoverunt Antiqui, eam quandoq; fieri (sicut quidam Medici regent, qui volunt omnem Vomitum oriri a Convulsione musculorum Abdominis) vel inde constare potest, quod si corpus pleno Ventriculo fluctatur, si aut primo ructus, qui solummodo inde oriuntur quod superius Ventriculi orificium aperiat, non autem a convulsione musculorum Abdominis et Diaphragmatis, mox sequitur assumpstorum regurgitatio, et, si Musculi Pharyngis & radiceis linguae se inde irritentur, tunc imitatur Vomitus absq; ulla musculorum ventriculi & Diaphragmatis convulsione precedente.

Hinc Vomitum excitare solent,

1^o Quodlibet aere topicum ventriculo applicatum.

Omnia Inflammatio Ventriculi, uti in Morbis malignis, Variolis, Venenis assumptis, non quod Ventriculus in statu quietis, sive dum placidus sit ad vomitum per inflammationem morzatur, sed tunc solummodo cum aliquid ingestum est.

3o Schirrus Ventriculo inhaerens.

4o Repletio nimia & subita à quacunque materia.

5o Inordinatus Spirituum Animalium motus à re nauseabunda excitatus, hinc Spasmi Hypochondriaci & Hystorici vomitum eicere solent. 6o Ventriculi Spasmus ab inusitato corporis motu, uti à Vertigine in Rheda, navigatione circumgyratione &c ortus.

7o Spasmus Ventriculi Sympatheticus ex vulneribus Capitis, Apoplexia ab extravasato liquido orta; in Colica nephritide &c, quod Spasmus à communicatione Nervorum ventriculi cum nervis partium affectarum oritur, hinc est quod Vomitus omnes fere Viscerum Abdominis morbos comitatur.

Secunda Vomitus species est, qua oritur à compressione laterum ventriculi per Abdominis musculos, quandoque enim Abdominis Musculi ita convelluntur, ut omnia viscera in eo contenta valde premantur, quapropter, si tunc temporis superioris ventriculi orificium aperiat necesse fiat Vomitus.

In hac Vomitus specie Abdominis cavitas à proprijs musculis, Diaphragmate & peritoneo simul à gentibus valde coarctatur, unde Sanguis in toto Abdomine plurimum comprimitur, hincque maxime Secretiones fiunt in omnibus visceribus contentis, aliquando vasa sanguinea in Hepate rumpuntur unde dira Symptomata, hinc quoque Sanguis ob compressionem seu resistentiam, quam in inferiori ventre patitur, violenter versus superiora actus, Haemoptoem aliquando et Apoplexiam parit, in hac abdominis compressione

Si Sphincteris Ani vis tanta sit ut superari
nequeat peristalticus intestinorum motus in
vertitur aliquando & fit Ileus, quod si vis illa
superetur, fit secretio simul p. Album, in qua
non solum intestinorum contenta excluduntur,
verum etiam liquores secreti ab omnibus Abdom-
inis visceribus profluentes.

Hæc vomitus Species plerumque sequitur spe-
ciem sam, si nimis diu continuata sit; Stom-
achi enim Nervis dia vellicatis, tandem
quoque musculi Abdominis vellicantur ob consenta-
nem Nervam Paris octavi.

Tertia Vomitus Species est que a contractione
fibrarum ventriculi & Musculorum Abdominis
simul fit; qualis vomitus violentus est.

Coroll. Expurgandus est error iste medicorum
ferè universalis, viz quod Actio vomitoriorum
explicari non potest nisi descriptis prius ven-
triculi tunicis; hæcque inculcant illi qui vom-
itum ex solo ventriculi motu derivant; quod
quam precarium est & a vero aliorum patet
non solum ex antedictis, verum etiam ex eo
quod, si vespere aliquod spiritum nervi
intercostalis attigerit, statim sequatur
Vomitus, unde dubitare licet an non vomit-
oria illa, quæ non nisi post aliquot horas
effectus suos producant, prius agant in cerebro
& inde per consensum Ventriculum turbant.

Causæ trium Vomitus Specierum communes s.
1^o Vellicantur fortiora, ut plumbum gula ag-
itata.

2^o Omnia que Spiritus Animalis perturbant,
licet directe non agant in Stomachum, ut motus
inquieti corporis.

3^o Idæa Nauseabunda.

4^o Materies mobilis fluctuans in Stomacho
quæ acris est & vellicat.

5^o Aere quodlibet Stomacho ingestum in teneris.

6^o Omnia Purgantia aucta dosi, sive teneris
propinata.

7^o Aeria languini admista, & Infusio

Tabaci, in qua, si infantes ad Scapionem sanandam ad quam plurimum valet, laventur, vomunt; Sic quoque Infusio Croci Metallorum, Hellebori, vitri Antimonij &c in aqua, vino, aut lacte, si injiciantur, vertiginem, tum titubationem; paulo post nauseam, ac tandem vomitum producunt.

Si modo Rysmatum injiciantur Vomitoria non succedunt, nisi in ijs quibus Valvula Iuffiana laxa est, uti spe solet in hominibus debilibus.

Medicamenta Vomitoria ad quinq; Classes reduci possunt.

I^a Continet omnia corpora nobis nota, quae ea copia Ventriculum intrant, ut eundem nimis impleant, usque fibras omnes distendant, dorsales in contractionem cogant, quo fit ut Pylorus constringatur, unde Brevis Nausea & Vomitus sequitur; hinc ipsa aqua copiose & subito ingesta vinum etidem, Cerevisia, Cibi qualescunque sunt Vomitoria.

II^{da} Continet omnia corpora quae fauces, Oesophagum Ventriculum, intestina ita lubricant et lubrificat ut inde Stomachi contenta minimo motu facile versus superiora ferantur; talia sunt omnia pinguis saepe & magna copia assumpta, modo non sunt acris, utt Olzum, Cerevisia dulcis recens, tenax, Mulsam, Syrupi, Troscivria, Saponi, Cerevisia cum Butyro.

III^a Continet applicationes Mechanicas quae fauces irritando fibras Ventriculi & vicinarum partium in contractiones eiont; Demonstrat enim Willisius fauces, Pulmones, Cor, Musculos intercostales ventriculum, Diaphragma, & mesenterium nervos habere, ab eadem origine; hinc vis faucium irritatis facile omnes enumeratae partes convellentur; Sic si digitis faucibus impittatur, vel pluma, aut si lingua deprimatur, nausea statim excitatur, et si continuatur, sequitur Vomitus.

IV^{ta} Continet omnia illa quae topicè agunt in Stomacham ipsum, nimis irritando eodem

ferre temporis momento quo deglutita sunt, Juliet.
 1^o Galla Vitrioli Paracelsi, cujus signi: J sumatur,
 vomitum brevi accipit.

2^o Viride Aris, cujus dosis est a gr $\frac{1}{2}$ ad gr: ij vix
 citius deglutit^r quam operatur.

3^o Tinctura Nicotiani, ex folijs sic Nicotiana vul
 garis paululum reiccatis, ope Spiritus vini rec
 tificati educitur Tinctura; quae ad J data stat
 im vomitum excitat; si aqua diluatur, tum pro
 lubita sisti potest opus operatio; in consuetis
 masticatoribus Tabaci nihil efficit.

4^o Succus Absinthij aut Caroli Benedicti re
 center expressus: Dosis J ad Jij .

5^o Raymel Squitticum, Dosis Jij vel iiij

6^o Succus Raphani Rusticani recens expressus, qui si
 non intra horam sumatur, vires amittit.

7^o Semina Raphani contusa, Dosis Jss

8^o Atriplicis Radice, itam et Succus recens ex
 pressus, Dosis Jv

9^o Flores Pericariorum: Dosis J

10^o Succus recens Cydoniorum ad ebull. J a pumplur,
 qui praesens est Vomitorium, licet Vomitum a lasatis
 ventriculi fibris ortum sistat.

11^o Semina Anethi; Dosis Jss . sed post se relinquunt
 nauseam diuturnam

12^o Cyclaminis Succus.

Haec remedia idem agunt in Ventriculo, ac penna
 in faucibus, irritant nimirum & convellunt.

Horum usus est in ijs qui facile vomunt, qui ven
 triculos satis sensibiles habent, quiq; in Vomitum
 prona sunt & nauseabundi a sola repletione: De
 hisce quoq; eliqi possunt conducenda in Morbis
 acutis et lentis; inter ea enim habemus amara
 acida, aromatica &c.

Ut continet omnia illa quae Sanguini communi
 mala spasmus universales inducunt, sed qui in
 ventriculo et Intestinis se maxime exercent; quae
 siue spectant remedia per horam & ultra in
 Sanguine haerent antequam operentur, Suntq;

1^o Helleborus albus & niger, quorum priorem ob spas
 mos, quos inducit, violentos praescribere non aud
 ent Medici, ad Jss datus violentissime agit;

Niger ad G datur

2^o Folia Asari à Numero v ad x sive in Substantia
sive in fusione.

3^o Gutta Gambogia.

4^o Turbith Gummosa

5^o Cataputia major, sive Radice, sive Semen; Post
H^{oc} vehementissime agit.

H^{oc} omnia ita per acida mitigari & cicurari pos-
sunt, ut in ijs nulla vis remaneat.

6^o Mercurialia, uti Turbith minerale, præcipitatu
album, rubrum, viride.

7^o Antimonialia, uti Crocus, Regulus, Vitrum &

H^{oc} omnia oleo Vitrioli digesta vim suam amittunt.

Violenta hæc Vomitoria Sanguini venoso immediate

injuncta venenosa sunt & lethalia, ut Conarus &

Willisius ex Injunctione Junctura Antimonij in Cantu

venas probarunt; inde etiam Canes s^{ed} titubarunt,

postea totius Corporis concussione agitati fuerunt de

in nausea fuerunt correpti, uti ex Saliva effluxe

patiunt, tandemq; vomerunt, & non multo post ob

ire; præterea in Græcia & Hellesponto conficitur rex

enum, quo inficiuntur Gladij, a quibus inflata Vulnera

semper lethalia sunt, ob horrendos quos inducunt

Spasmos, Recentiorum autem observatio et observati

confessio detoxit Venenum illud apr Succum Hellebori

albi in Græcia & Hellesponto collecti.

Corollaria Theoretica.

I^{um} pondum demonstratum est, an Durgantia forti

ora & Vomitoria Spasmos excretorias producant, quat

enus Ventriculo & Intestinis immediate applicant;

an quotenus nervorum origini; Observatum autem

est in Vomitu omnes Secretiones, uti Sudori, Saliva,

Lachrymarum, Alvi &c non minus promoveri quam

ab animi Pathematibus aut Corpore quodam ner

vorum originem mechanicè efficiunt.

II^{um} fine patet Vomitoria vehementiora agere

in nervorum originem.

III^{um} fine etiam apparet, cur inter Medicamenta

venena sola eaq; summa & Vomitoria violenta Spas

mos producant.

Coroll. Practica.

I^{um} materia que p vomitoria Medicam^{ta} reducitur

multiplax est, nam educit?

1^o Serosa Saliva.

2^o Mucus Nasium, unde patet mirabilis vomitoriorum effectus in ijs qui a lue venerea mucos terribis infestantur.

3^o Siquor faucium, & Oesophagi, unde Vomitoria optima sunt remedia ad Suppurationes istarum partium detergendas.

4^o Siquor Gastricus.

5^o Siquor Vesicularis, hinc si Lien occupetur materia aliqua lentiori, incipiente malo dum mobilis est matoria, Emetica valde prosunt.

6^o Omenti Siquor oleosus, qui ut dicit Malpighius, in hunc usum colligitur & conservatur in cinnto, ut bilem nempe, aliosq; humores ex nimio corporis motu accitiorum concipientes contemperet, hic si quor si abundet & bilem nimis tenacem reddat, facile vomitorij educit?

7^o Siquor Mesentericus.

8^o Siquor Hepaticus, nullum enim est Medicamentum quod in Hepar certius agat, q^m Emeticum.

9^o Siquor Pancreaticus.

10^o Intestinoxum Materia ex dictis Siquoribus coagmentata

Ium Nullum promptius remedium est, (Paracelsi Precepta, in Ascite Sanabili, nihil enim adeo prompte extravasata Abdominis evacuat, hinc Veteres & recentiores semper exacti fuisse tale violentum remedium adhibere, hincq; optima Hydragoga sunt quae Spasmos inducunt.

IIum Nullum datur remedium melius ad Apertemata matuta Pulmonum, Pleurae, Mediastini, Diaphragmatis, Hepatis, omniumq; viscerum Abdominalium rumpenda.

IIIum Ad tollendas obstructions totius corporis praesertim si in infimo Ventre sunt, ad solvenda impacta et Stagnantia, nec non ad augendam vim expellentem Vomitoria valde conferunt.

IVum In infantis ergo Morbis et Chronicis & acutis prosunt.

Vum Vomitoria periculisissima sunt omnibus Plethoricis (nam saepe numero Apoplexiam et Haemoptison producunt) omnibus Plethoricis Diathesi Haemoptorea

Laborantibus; calciculosus omnibus (mictus etiam cruentus inde sequitur ob nimiam frictionem & attritum Renis, sive Hepatis sive Vesicae in Calculum, unde cadunt Vasa) omnibus Schirro laborantibus, omnibus inflammati; apoplecticantibus a copia pituita vel sanguinis omnibus corrupta viscera laborantibus.

VII^{um} In Plethoricis & acutis morbis, quoties vomitus excitandus est, praemitti debet Vana Sectio.

VIII^{um} iis, quibus Materia aliqua minus mobili aliqua in parte haeret aut abscondita est in internis viscerum penetralibus, Si Vomitus excitandus sit, ante Vomitorium propinentur incidentia, lubricantia, laxantia, irritantia, haec rite observato per Vomitoria curari possunt plurimi morbi incredibiliter.

IX^{um} Ventriculi contentis per primum aut secundum Vomitionis actum expulsis, opus semper est diluentibus, lubricantibus, atque laxantibus ingestis, alias doloris et Anxietatis multum excitatur.

X^{um} Hypercatharsis in Vomitu semper cavenda est, a nullo enim medicamento facilius oritur quam a Vomitorijs; si autem aliquando oriat^r sisti potest.

1^o Medicamentis Antispasmodicis, Diluentibus sive Laxantibus, et Anodynis sive impetum sistentibus, uti aqua calida hausta, Succo glycyrrhizae, Opio, Vinculis brachij & cruribus injectis.

2^o Aromaticis varijs, uti sunt omnes confectiones Alexipharmicae, nempe Diascordium, Spherica, Pylonia, Mithridatum, haec enim motum humorum a centro ad Peripheriam determinant, cum per vomitoria vasa Peripheria constringantur, unde humores versus centrum moveri coguntur.

3^o Si Hypercatharsis sit a laxatis vasis & flaccido Ventriculo, austera & acida prosunt, uti Mirta Sydoniorum satis larga dosi uti ad Eff. sumpta, Radix Tormentillae, Distorta, Cortice Peruvianus, Mala Aurantia &c.

4^o Spiritus fermentati valde prosunt, si satis larga dosi dentur uti ad Ex. et si aeger hisce sese affuerit erit dosis adhuc augenda &c.

De Diureticis Medicamentis
Urinae Secretio semper fit per Urethram in quam

fluit ex Vesica, in Vesicam autem ex Ureteribus
stillet, nullaq; alia in Vesicam datur Via, q; patet.
1^o Quia Dysuria laborantes ob Calculum ureteribus im-
pactum nullam omnino in Vesica Urinam habere ob-
servantur.

2^o Quod, si vivo Animali a porto Abdomine utroq;
Ureter vinculo ligetur, vesica emulgetur, & Abdomen
rursus consualat, Animal ex Suppressionione urinae cor-
tipime moriatur, ne guttula quidem ad Vesicam
pervenientes.

Quicquid in Vesicam p. Ureteres ingreditur, id ex
pelvi fluit, quae nil aliud est quam Uretorum ex-
pansio, in pelvim venit ex ramis papillarum qui ex
infinitis canalibus Renalibus oriuntur, demonstrantibus
Malpighio et Ruyschio: omnes vero illi Canales
empharia sunt vaicarum glandularum Renalium,
quicquid vero urinosi in his haeret, id omne ex ar-
teria emulgentis ramis derivatur.

Diuretica itaq; sola sunt (manente via extra Corp; q;
aperta) quae copiam secretandi liquidi in haec
glandulis augent, hoc quinq; modis fieri potest,
& consequenter diuretica quintuplicia sunt, nempe
1^o Diuretica sunt, quorum ope vasa arteriosa Re-
nalia & eorum lateralia laxantur, licet intacta
& integra maneat Sanguinis Constitutio.

II^o Diureticam est, quicquid sanguinem solvit
sive diluit plus solito, Sanguis solvi dicitur quan-
do partes eius sphaericae in minores rediguntur.
Sanguine autem ita constituto Secretio haec facile
augetur laxatis vasis Renalibus; imo haec vasa
semper alijs sunt laxiora, i. e., resistantiam min-
orem influenti liquidi praebent qm; ulla alia in
Corpore vasa, quia haerent in patulam Pelvim
III^o Diuretica sunt.

1^o Quae Sanguinem eundem manentem ad vasa eadem
quoq; manentia majori velocitate applicant.
2^o Quae Sanguinem solutum et dilutum ad vasa e-
dem manentia majori velocitate applicant.
3^o Quae Sanguinem solutum & dilutum ad vasa lax-
ata et dilata majori velocitate applicant.

Sunt ergo illa 2^o generis duplici nomine Diuretica; 164
illa 3^{ta} triplici nomine.

IV^{to} Diuretica sunt quae determinant fluxum Sanguinis magis ad Renes quam ad alias Corporis partes, nihil mutato in vasis, vel liquidis, vel velocitate motus.

V^{to} Diuretica sunt quae vasa in contractiones secretorias stimulant.

Ad has quinq; Clases omnia reduci possunt Diuretica, priusquam vero hoc fiat, consideranda est ipsa Urina; haecq; constat

1^o Ex potulentis & haec pars est aquosa

2^o Ex partibus quibusdam Phylis, haecq; cruda est.

3^{to} Ex Urina Sanguinis, haecq; cocta est.

4^{to} Ex partibus Solidorum Corporis attritorum, nec non fluidorum diuturna circulatione, eousq; resolutum ut acria fiant, haecq; ordinario rubra, pauca, oleosa, acris, & terrestris est.

5^{to} Ex partibus morbois, haecq; crassa & varia omnimodo discernitur.

Pro varia hac urina variari debent Diuretica.

Sequuntur iam Diureticorum Clases, quarum

Prima continet omnia decocta, emulsiones, olea, quae esse Vegetabilibus & animalibus sub titulo laxantium et emollientium supra recensita sunt, ex gr: Parietaria, Malva, Mercurialis, oleum olivarum, nucum, Juglandum, Torbenthinata, Semina Cini recentia &c.

Verum cum regimine haec administranda sunt, ut ad Renes determinantur, ideoq;

1^o Hauriri debent vacuo Stomacho, aere frigido, motu leni consequenti.

2^o Injicienda sunt Clysmatum forma, ut partes illas fovant & emolliant; haecq; ita administrata quandoq; omnibus alijs Remedijs frustra tentatis, mirifice prosunt.

3^{to} Applicentur etiam forma Balnei & fomenti Renibus; experientia enim docet homines Balneis peccatoris tenuis inditos copiosam urinam reddere.

Usus hujus Clasis Diureticorum tantus est utq; primus detur locus; Si enim adsit obstructio, haec illam non augent, uti stimulantia; vero vasa laecando eam tollunt.

Ad hanc Classem spectant, quae acere Spasmodicam excitant corrigunt aut expellunt, quaecumque illud acere sit; sic Infantibus urina suppressione ab acerpente lacte afflatis terrestria & Alcalia fixa & volatilia plurimum prosunt, sicut & Hysterici.

Secunda Classis continet ea omnia, quae Sanguinem solvunt & diluant; Diluens unicum tantum nominamus aquam nimirum; reliqua enim, quatenus diluant, id faciunt vi aquae admixtae Solventia vero duplicia sunt, vel quae liquido sanguine ingesta ejus moleculas dissolvunt & dividunt se interponendo, vel quae motum majorem excitando attritum vasorum augent, sicque Sanguinis comminationem promovent, ideoque sunt sive Salina findentia, sive stimulantia.

Ad hanc itaque Classem spectant

1^o Omnia aquosa, uti sunt omnes aquae minerales, Serum lactis, Lac obutyratum, Infusiones Theae et Coffeae, Cerevisia tenuis, Vina oligotropa quae omnia hic referuntur, quatenus aquam continent.

2^{do} Omnia Salina nobis nota nullo recepto, uti
 (a) Omnia Salina Alcalia fixa & volatilia
 (b) Omnes Sales Ammoniaci, qui ex Spiritu acido volatili & Sale alcalino volatili concreverunt.
 (c) Sales compositi fixi, & Alcalini quocumque fixo cum acido quocumque recepto vegetabili fermentato parati, quibus subtiliores & aciores, et meliores.
 (d) Saponacea ex Alcali quocumque cum oleo facta.
 Huc spectant omnes Sales volatiles oleosi, talis est offa Helmontij quae a D. ad E. datur; ex Salis urinae probe ab oleo suo depurati E. addita olei Terebinthinae E. talis Sal oleosus spatio unius diei obtinetur, ad quem preparandum methodo Starkiana integer mensis requiritur: Huc spectant Saponis fixi dicti, qualis conficitur ex Sale Tartari cum oleo Olivarum aut Terebinthinae die cocto.

(e) Salina Animalium, uti Succus Animalium salini 2. gr: Succus ostreorum, marinorum & ceteris, Succus ex Mytilis marinis & Capris.

expressus, Millepipedum Succus, qui Boracis Saporem refert

(2) Succus Vegetabiles rarum Plantarum, ex quibus præteritum olei & præteritum Salis essentialis educit Phenicia. uti Apij, quod ea de causa inter Diuretica numeratur, ita et Petroselenij, Alectoræ, Humanae, Phors folij, Eryngij, quorum alia ad Tartarum, alia ad Nitrum magis accedunt Salium respectu.

Tertia Classis continet quatuor diversa Medicamentorum genera, qualia sunt

1^o Omnia Aëria stimulantia Vasa & imprimis Renalia, inter quæ præcipuum locum obtinent insecta nonnulla, uti Apes, Cicadae, formicae, Cantharides, Millepides, quæ sanguinem pariter solvunt & usque motum accelerant, & febrem quasi artificialem excitant.

2^o Omnia Salina quæ sanguinem solvunt, simul & velocitatem ejus augent, maxime hæc pertinent unum & alterum Salis Genus, quale novimus esse Succino & vegetabilibus per distillationem expulsum, ut Sal Succini, qui est species Salis volatilis acidi rectificati, & præcellit omnibus alijs, si detur ad 3j cum regimine
3^o Omnes Sales Alcalini fixi & volatiles sine discrimine.

4^o Calor et Motus corporis moderatus absq; Sudore

Quarta Classis continet quasi specifica diuretica, qualia sunt Aromatica quædam balsamica, i.e. Sale subtili cum oleo involvente constantia, uti Procus, Rhabarbarum, Asparagus, Cassia fistula recens, Nux Mosehata, Juniperus, Terrebintina, Balsama nativa omnia &c. Hæc assumpta urinæ copiam augent, & ejus omnes qualitates, uti colorem, odorem, Saporem mutant; Sic Procus et Rhabarbarum urinæ dant flammæum colorem; Cassia in parva dosi sumpta viridem colorem ed concolat, in majori fuscum, in majori adhaeret atrum, Asparagus fetorem urinæ dat; Terrebintina violaceum ei odorem inducit. Reliquis nostris

nostris liquidis tales mutationes a medicam^{tes}
nunquam accidunt, unde est quod Diuretica haec Spe-
cifica nominemus.

Quinta Classis continet ea, quorum Effectus circa
Renes & Vesicam praecipue & magis sensibilibiter
se produunt, uti Cantharides aliquibus assumptis
fit Calor in Lumbis, & urina Mellicidum.

Haec referenda sunt Injecta supra memorata,
ut et Excrevisia in non assuetis (hoc recens aut
rappescens Stranguriam excitat) tandem
omnia Diuretica acria solventia huc pertinent.

Corollaria Practica.

I^{um} Quali describuntur, tali ordine praescribi
debent Diuretica ad urinam eivendam, id sem-
per à prima Classe incipiendum, & dein ad reli-
quas successively progrediendum.

II^{um} In Morbis acutis locus est tantum tribus
harum Classium, Vascantibus nempe, Diluentibus,
& aere temperantibus.

III^{um} In Chronicis si per Renes materia morbosa
sit pellenda, primo vasa laxanda sunt, dein
solvenda & diluenda est Sanguis, tum danda
sunt accelerantia, postremo stimulantia.

IV^{um} Haec via plus purgatur Sanguis quam
evacuacione per Alviu, Diuretica enim in
ipsum Sanguinem agunt, non vero purgantia,
adeoque per haec Medicamenta in violentis
morbis, qui ad singula bene attendit, crisi in sa-
lutarem saepe penumero procurare potest, Medicus
absq; notabili corporis perturbatione; praeterea
Renes sunt optimum Sanguinis depuratoria,
quoniam per eos transire possunt crassiores
Sanguinis partes.

V^{tum} Diverse sunt Urina intercepta Species
et quidem tot quot enumerata Classis Diureti-
corum, unde sequitur diversas quoque spe de
bre medendi Methodos; Causae autem urinae
interceptae sunt variae, ut

1^o Variarum Urinariarum contractio.

2^o Infaerctio earundem à Calculeo, aut alia materia.
 3^o Nimia earum Siccitas, & liquidi defectus, qui
 vel ab Aerimonia oritur, ut in acutis, vel a nimia
 erapitie liquidorum, eorumq; Contore, ut in Seden
 tarijs, vel ex eo quod liquida in alias partes
 nimis deriventur.
 4^o Partium Renalium Paralysis, quæ vix cur
 atur.

De Sudoriferis.

Sudoriferum, Græcis Hydroticum dictum, vo
 catur omne id cuius vi mador sensibilis per
 cutim exhalat, & consequenter per eam cutis par
 tem, quæ fistulis Sudoris dicatis donatur, liqui
 da sensibilibiter expellit.

Hæ autem Pistulae demonstrantur esse Emysaria
 glandularum substantiarum, sive minima vasa
 ex Arterijs lymphaticis exorta, sive ultimi earu
 fines.

Hinc patet qd Sudoris materis derivetur ex
 Sanguine arterioso, non vero excrementitij, sit
 humor (sicut vulgo putatur) Sed succus omnino
 necessarius ad flexibilitatem machinae nostrae con
 servandam; ut enim corpus flexile maneat, plur
 ima esse debent inter partes illud componentes
 interstitia pori vocata, ne autem pori isti con
 cretione partium solidarum evanescerent, unde
 corpus inflexile evaderet, Deus liquidum illud
 Sanctorianum dictum perpetuo per poros istos flu
 ere ordinavit; hocq; liquidum est sudoris Materis,
 estq; pars maxime mobilis, subtilis, & nervis a
 micissima, quamdiu naturali in statu est, nec
 magis e corpore educi debet quam ipse Sanguis, nisi
 a natura Morbi alicujus corrumpatur; & quidem
 Sudor corpori in statu sano nunq; suboritur, veti
 simul ac corpori applicetur aliqua causa quæ equi
 librium inter fluida & vasa tollat, ita ut Vis flu
 idorum resistantiam Vasorum superet, & aliqua
 Functio nimis augeatur, apparet Sudor; Sudor
 ergo semper indicat Corpus agrotare & illud
 agrotare præserrerabit donec causam Sudorem

excitans dimoveatur, & usque corrigantur effectus
 Sudoris ergo materiae, quae in naturali *Stata*
 sub nomine *Perpirationis* insensibilis exit, est
 valde blanda, & sumopere ab urina discrepat;
 Sudor vero sensibilis, si multum urgeatur, ad ur-
 ina naturam prope accedit, quandoque crassus, ol-
 eosus et fetidus est, imo Sudor hic nonnunquam
 fere sanguineus evadit, uti in *Parulis* nonnullis
 videre licet, quorum Sudor Axillaris linteamina
 Sanguinis ad instar aliquando infect.

Sudor aequae ac Diuresis quinque modis permovetur
 nempe.

I^o Emiparia lascando, omnibus liquidis iisdem
 manentibus.

II^{do} Sanguinem diluendo et solvendo, dilutus
 dicitur Sanguis, cum ejus pars subtilior et tenuior
 partem rubram excedit; Solutus dicitur, cum
 molecule rubrae resolvuntur in istas sex minores
 ex quibus constant.

III^{to} Applicando.

1^o Sanguinem eundem manentem ad emiparia
 eadem quoque manentia majori velocitate.

2^o Sanguinem solutum & dilutum ad Emiparia
 lascata non accelerata velocitate.

3^{to} Sanguinem solutum & dilutum ad Emiparia
 lascata velocitate accelerata; quo in casu ingens
 oritur Sudor.

IV^{te} Determinando Sanguinem ad Extrema for-
 poris, unde quicquid mutat cursum Sanguinis
 ab interioribus versus exteriora derivando Sud-
 orem excitabit, uti Animi Pathemata.

V^{to} Excitando Spasmos in villis ultimis glan-
 dularum subcutanearum.

Sudorifica variari debent pro natura ma-
 teriae evacuandae, quae varia est, nam Sudor
 multiplex est, et fit.

1^o Ex aquosa potulentorum parte.

2^o Ex crudo Phyllo; hinc omnibus debilibus
 eo tempore quo Phylus misceri debet cum Sang-
 uine Sudor prorumpere solet, uti in *Phthysicis*

et nonnunquam Puerperis lactantibus observatur.
 3to Ex sanguine cocto, maxime in pinguis, qui-
 bus indios Perspiratio insensibilis minuuntur &
 pinguedinem vasa obstipantem, sed ydem in
 diebus plus sudant.

4to Ex sanguine nimium dissoluto & vasis
 nimium contritis fit Sudor rubescens, pinguis,
 acer, terrestris, & salinus adeo, ut ipsi cuti
 quasi infixus adhaereat.

Sachenius indusia plurimo sanguine inquin-
 ata Nixivio ex solo sale alcalino immersit, tum
 liquidum ex eisdem comprimendo eductum dis-
 stillavit, undeq; Salem urinae destillatae Sali
 similem habuit; sic quoq; in equorum sudore
 detergo maxima copia Salis volatilis invenit.
 hic Sudor plerumq; erumpit ubi Sanguis vi-
 olentius per vasa sua movetur, hinc in ijs, qui
 multum defatigantur, observatur.

5to Sudor est morbosus, qui varius admodum
 est, aliquando plane aqueus, ut in Puerperis,
 & Phthisicis, in quorum sudore vice Odor, aut
 Sapor observantur; adeo ut videatur esse pari-
 sanguinis dilutissimam; aliquando viscosissi-
 mus est, flavissimus, ruber; aliquando max-
 ime foetidus, uti Sudor Peste laborantium, qui
 egros a morbo liberat.

Jam sequuntur Sudoriferorum Capes, quarum
 Prima continet ea omnia quae vasa laxant,
 suntq; vel interna vel externa.

Interna Laxantia Sudorifera sunt omnia illa,
 quae in Diureticis memorantur, exceptis quae
 specificè Renibus famulantur; sic aqua calida
 melle edulcorata sudorem copiosum excitat,
 sic in febribus ardentibus Decoctum Hordei
 aut simile quid egregium est sudoriferum
 quia vasa contracta laxat.

Atque pertinent Spasmodum Vasorum tollentia, sive
 Demulcentia, & acrimoniam temporantia, uti
 Opium, Oculi Cancrorum, & Terrestris absorbentia

Externa Siccantia sunt,

1^o Omnes Frictiones

2^o Omnes Vapores tepidi, omnium autem maxime aquosi, huc etiam pertinent Balnea, verum illa Corpus nimis premunt, unde saepe animi deliquia. Huc quoque casu pertinent inunctiones per olea blanda, pinguedines, Medullas &c. quae cutem mollem & laxam reddunt, licet per se Sudorem potius obstant, uti patet ex Athletis Veterum, qui oleo ante certamen se inunocere, unde citius mobiles fuerunt redditi, Sudor vero prohibitus erat, Huc tandem refertur corporis Loto per aquam saponaceam.

Usus horum Sudoriferorum est

1^o In omni morbo orto a maximo frigore, quod cutem externam & Pulmones maxime laedit, etiam vasa rigida reddens, fluida coagulans.

2^o In omni morbo ubi Sordes, Pus, ulcera, morbose, Scabies, Ulcera, Elephantiasis, &c. praecuti adherent.

3^o In omni Emipariorum Spasmus adest, qui cognosci potest ex ricitate et durtate cutis.

4^o Ubi cumq; ab acri externe impactu induitur morbus, ex: gr. a Veneno externe applicato; hinc cum Pestis sit de natura veneni externe applicati, in illa Sudorifera haec plurimum prosunt.

5^o In Morbis acutissimis, ubi ad viscera externa Sanguis vehementer vergit, uti in Variolis, in quibus Sydenhamus merito improbat Sudoris provocationem per sardiacae & Sudorifera interna, haec vero Casus Sudoriferorum se feliciter usum esse testatur, D. P. ut dubitare videtur an non Sudoris provocatio his Sudoriferis tentata plurimum valeret in Morbis quibuscumq; inflammatorijs.

Secunda Classis continet Sanguinem dissolventia et diluentia, quae in Classe Diureticorum, &c. recensentur

Diluens summum est Aqua, cujus virtus augetur

per Calorem, sine Aqua calida summum est sudoriferum.

145

Solventia nonnulla liquidum immediate solvant; horumq; unum tantum in acutis tutum est, nempe Nitrum opusq; Preparata: Alia disponunt Vasa ut in liquidum agant, idemq; dissolvant; Sic Acetum melle eduleoratum & in aqua dilutum opimum est sudoriferum in acutis, α : gr. \mathcal{R} Acet mellis \mathcal{a} \mathcal{E} i maais parum diluantur in aqua \mathcal{E} xij vel \mathcal{E} xiv. detur agro instar Theae aut offe et in lecto expectet Sudorem; Hoc Hippocraticum est remedium: Acet^u non coagulat Sanguinem nec ulla Acida fermentata.

Tertia Classis sudoriferorum cum tertia Diureticoru^m convenit, exceptis volis quae fluida ad Renes determinant; ideo ferrida asumpta, aromatica calida, opurata, et motus vehementi sic maxime sudorifera sunt.

Quarta Classis continet ea, quae fluida versus externa determinant, uti

1^o Omnia quae laxant externa.

2^o Quae diluant, solvant, movent versus externa.

3^o Quae proportionem Aeris externam minuunt.

4^o Quae vim Cordis augent, sive ejus ictus quoad numerum & virtutem, sine omnia Cardiacae sunt Sudorifera, uti Vinum Rhenanum, Succus Citri recens, aromata penetrantia, Sales volatiles.

5^o Quae externa stimulant, uti omnia acria cuti applicata, qualia sunt Acetum, Tingeber^g q; subtilitate penetrantissimum est, multumq; ab Helmontio laudatur.

His accenseri possunt quae motum impeditum in internis restituant; Sic respirationem impeditam restituant animi Pathemata.

Quae de Specificis sudoriferis dicuntur pro nugis habenda, Illae enim omnia tum demum sudorifera evadunt, cum Corpora ad Sudores dispenuntur, alias nihil praestant; Sic licet Theriaca ad \mathcal{E} i asumpta, si Corpus non sit ad sudandum dispositum, exie cabit solummodo, non vero exiebit Sudorem, nec quidem ullum unquam Medicamentum Sudores specificè movet, quaeq; hoc prestare putantur

id agunt vel 1^o quatenus Sudoris impedimentum tollunt, vel 2^o quatenus materiam dant ad Sudorem, vel 3^o quatenus Sanguinem ad corporis Peripheriam determinant

scilicet Water-germander. Si Swallowwort. Frag. Gum-Dracant. Ambra, et Tragacantha constat. Prochisci de Vipera. Prochys.

Inter Specifica ab Antiquis censentur Terra sigillata, folia Scordij, Asclepiadij, Lapis Berzoar Pedro del porco, de Goa, qui ex lapide Berzoar, Gum-Dracant. Ambra, et Tragacantha constat, Prochisci de Vipera; testatur autem D. Boerh. se lapidem Berzoar genuinum ad usq. dedisse Infanti biennio ad Sudores satis disposito, absq. ulla tamen effectus; sic a Prochisci de Vipera ad Eijj datus nullus commotus erat Sudor eodem testante

Collaria Practica.

1^o Quod variae & plane oppositae sunt Sudoris Cause uti Tristitia et Aetitia summa, metus & Spes, aqua calida & frigida.

2^o Quod varij sunt Sudoris effectus & plane oppositi; quandoq. enim Sanguinem dissolvit, quandoq. in craspat, pro conditione obiecti ex quo elicitur; Hinc de effectu Sudoris nihil dici potest universaliter.

3^o Quod ad Sudorem eliciendum applicationes fiant variae, aliquando enim corporis totius lotiones, aliquando ejusdem calfactione, frictione, motu valido, aliquando variorum internorum administratione procuratur

4^o Quod variae sunt Sudoris elicendi necessitates. Sic in Anasarca stimulandum est tardum, et haerens expellendum; datur itaq. quolibet mane & vespere. Reg. Praser. R. Spherial. Eij. Spir. Junep. Eij. diluantur infere visa meracea, vel Hydromell. Eij. vel X. & disponatur Corpus ad Sudorem.

84

Idem cum Successu fit in alijs Chronicis, uti Cachexia Virginica.

In Lepra omne Nutrimentum sistitur, hinc requiritur Sudoris procuratio, non autem per Aromaticas, quae Corpus interne calfaciant, sed ita ut coetera omnia calcant, interne

149
abluantur omnia; dentur ergo pilulae ex Lapone
Veneto singulis horis ita ut uno die \frac{ss} exhi
beantur, post harum per tres dies usum potest
eger decoctum aliquod Antiscorbuticum, v.g.
Guaiaco, tum tepidarium ingrediatur, quo
Sudores moriantur.

Si resolvendum aliquod sit circa \frac{ss} ^{na} vasa,
uti in Morbis pectoris, et aculis, & causa
mali sit ex Alcalino, detur potus copiosus
ex Melle, aceto, sive Vino Rhodano et aqua,
et roterne laetetur cutis; in medio Sudore
Decoctum cum Nitro dari potest; Si causa ma
li sit ex Acido dentur Alcalina; & sic sem
per admittentur quae cause Morbi opposita
sunt.

5^{to} Quod variae sint Sudorum morandi oppor
tunitates sive occasiones; quibusdam enim
temporibus multo promptius & feliciter succed
it q^m alijs, quorum cognitio omnino dependet
ab observationibus Medicorum; sic in Vari
olis a primo die usq; ad octavum elicitur
Sudor, & hoc ad Sudorem satis opportunum
tempus videtur, & curari potest eger Sudore
continuo, cum hoc tamen regimine ut sem
per humores copiose diluantur, & laxentur
Vasa; Exiccantia enim & calida minime adhiberi
debent, utpote valde perniciosa.

In Morbis acutis plurimi Medici cum vulgo sud
orifera dari volunt, quia observant Naturam
semet decimo quarto die per sudores saepe
numero excondere, indeq; in pessimam istam
praecein administrandi calida & exiccantia
incidunt, haecq; Methodo plurimos interficiunt.
Quod si Sudoriferis omnibus calidis ablegatis
ea solummodo sudorifica administrarent, quae
Sanguinem diluant & Vasa laxant, aeri inde
commodissime sudarent, & Crisis laudabilis
septimo vel decimo quarto die fieret; sic
in Sudore Anglico plurimi a Sudore per
interna diluentia & externa laxantia ad

ad 24 horas continuato curabuntur; cum e contra ij omnes quibus diluentia interna non fuerant administrata perire.

II^{um} Hoc dictis patet.

1^o Quod pro varia Morbi causa varianda sunt Sudorifera; Sic in Morbis ex Alkali, v. gr. Invenit tempore astivo febre ardentissima corrumpitur in qua Remedium velocissimum requiritur hoc quidem est sudoriferum, priusquam vero administraretur, indaganda est causa morbi, ponamus eam esse siccitatem nimiam & inflammationem, manifestum est hic requiri diluentia simul & stimulantia, propter virium defectum & obstructionem, quae stimulum indicant quo diluentia melius agant; Detur ergo Medicamentum liquidum cuius basis sit Acidum dissolvent, & pro stimulo addatur vinum Rhenanum, diluatur larga aquae copia, & addatur vis Antiphlogistica q. s. Nitri ꝑ. ss. gr. R. Vini Rhenani ꝑ. viij, Nitri ꝑ. ij Succi Vomori recentis ꝑ. i. Syrupi Violar. q. s. vel ad ꝑ. ij. Dilue cum aqua communis ꝑ. iv. M. Singulis horis capiat ꝑ. ij calide cum determinatione ad Sudorem, si leviter tantum sudet, plus vini addat, si angatur, addatur plus aquae.

Si causa Morbi sit Acidum, loco vini Rhenani alius sumendus est liquor, uti Salvo latile oleorum, si causa sit tenax, addantur Salia solvantia.

2^o Quod pro varia Morbi natura varianda sunt sudorifera; Natura Morbi pendet

- (a) ex Materia peccante,
 (b) ex causa efficiente sive applicante, i. e. vi vitali.
 Si Materia sit tenax, dentur valida Solventia, uti alcalina, si sit de Natura huius Visceris, optimum Medicamentum est Mercurius ad Sudores determinatus.

3^{ti} Quod pro diversa morbi sede variari debent
Sudorifera.

4^{to} Quod in diversis morbi gradibus varia requirantur
Sudorifera; sic in initio Variolarum Sudoriferu
inflammationi resistens requiritur, die autem decimo
quarto ut plurimum requiruntur Saponaceast
& Decoeta aromatica siccantia.

Sudoriferorum vis maxima consistit in resoluti
one quoad liquida, et de obstructione quoad Vasa
Resolvuntur autem Liquida vel diluendo, vel dis
solvendo; ubicunq; ergo solvendum, ibi Sudorifera
requiruntur.

Vis deobstruens Sudoriferorum in eo consistit, q
vel vasa laxent vel contenta dissolvant.

Sudoriferis in se consideratis magna inest vis
coagulandi, obstruendi, & vasa coarctandi, liq
uidissima enim expellunt, unde quod remanet
crassum coagulatum, & nonnunq; instar lapidis
durum evadit, nulla postea arte resolvendum,
hincq; est quod nulli morbi inflammatorij magis
in gangrenam abeant qm illi qui a violento ex
ercitio oriuntur.

Dum sudorifera incraspant, simul obstruunt, dumq;
liquidum consumunt, vasa se contrahunt et coar
ctantur, eorumq; fibra rigescunt.

Omnia ferè Medicamenta possunt in Sudorifera
converti; Sisi Purgans administratur, & homo
statim disponatur ad Sudorem, oritur pulcherr
rime Sudoris expulsio, & quo fortius fuerit Pur
gans eo copiosior erit Sudor. In Morbis Chronicis
Artes arcanum est Sudoriferis Purgantia ad
derez ut Troch. Alhandal

Par ratio est Emeticorum quoq; et Diuretico
rum, si ad fatim determinantur.

De Diaphoreticis.

Diaphoretica sunt Medicamenta, qua materi
am morbosam sub specie perspirabilis Sancto
riani e corpore amandant, sive potius omnia
illa que perspirationem Sanctorianam aug
ent.

Horum itaq; naturam ut melius intelligamus

considerandum est quot modis, aut quibus a Causis
augetur Perspiratio

Cause itaq; Perspirationis auctae sunt,

1^o Vis Viscerum aucta, quae liquida nostra in min
utias dirimit.

2^o Quae liquida modo dicta soluta ad partes, ex
ternas determinant, per partes externas in
telleguntur omnes illae partes quae ab Aere at
tangi possunt, uti sunt Cutis, Pulmones, &c.

3^o Quae externam Cutim ita disponunt ut liq
uida in forma insensibili, eaq; prompte trans
mittat, non vero erasiora et sensibiliora; ad hoc
autem Cutis debet esse neq; laxa nimis, neq;
nimis stricta

4^o Ea, quae tria praedicta simul agunt, cuius
generis cum nulla nobis cognita sint Medicamenta
hinc concludimus nulla dari Diaphoretica pro
pria, i.e., quae certo & indubitato talem effectum
assequuntur.

Diaphoretica itaq; pro tribus prioribus auctae
perspirationis causis in tres Capes dividemus
quarum

Prima continet ea quae vim viscerum i.e. vasoru
elasticitatem augent, ea autem augetur, quando
vasorum fibrae magis rigidae & dura evadunt, ad
hanc itaq; Capem pertinent.

1^o Omnia quae astringunt seu potius contrah
unt solida, hoc est, quae sese inter ultimarum
partium interstitia insinuando ibiq; haerendo
partes istas minus flocciles sive frigidiores
reddunt; talia sunt Opium, cortex Peruvianus,
Radices omnes astringentes, vinum austorum.

Cum Diaphoretica constriquant, non autem lax
ent, hinc constat quod amne illud, quod esse
cretiones sensibiles auget, Diaphoresin minuat;
quod plane congruit experimentis Sanctorianis.

2^o Corporis Exercitia, uti Ambulatio, Equitatio,
Vectio in Curru &c. quorum ope Experientia
nos docet Secretionem Sanctorianam promoveri

3^o Stimulantia admodum Lemia, vel fortia ei
curata & snervata: Sic Colocynthis parva quan
titate in vino infusa optimum evadit.

Col. Colocynthida

Diaphoreticam sic quoque Mercurius sublimatus cor-
rosivus ad gr. s. vel ij. in ℥ij vel iij Ros Sambuci
p. exmistus, et ad ℥o grani exhibitus, pro unadon
in Morbis Chronicis plurimum prodest, parivati-
one omnia Aeria ita mitigari possunt ut Diaph-
oretica fiant.

Secunda Causa continet omnia illa quae materiam
perspirabilem ad Cutim determinant, tali sunt
1^o Aer mediocriter calidus

2^o Exercentia temporata

3^o Circulatio liquidorum aequalis, quae tum fit cum
omnes Corporis partes vel aequaliter quiescunt
vel moventur.

Tertia Causa continet ea, quae cuti debitam tem-
perantiam conciliant, ita ut nec nimis laxa sit,
nec magis stricta quam par est: huc ergo faci-
unt frictions, lotiones detersiones.

De Uterinis

Ad Uterina referuntur Emenagoga, Ecbolica, et Ar-
ticolochica, sive quae mensis, contenta Uteri, et
Lochia pellunt.

Emenagoga sunt quae monstrum Sanguinis Exere-
tionem & excretionem promovent

Secretio fit ex tota Sanguinis Massa in Uterina

vasa, Excretio vero fit ex utero per vasa partim circa
ejus internum, partim infra illud, partim in Vag-
ina haerentia.

Haec derivatio in uterum et excretio inde fit, q
vasa praedicta abundantem Sanguine repleta usque
vi sordis distendantur, ut Ocula Arteriolearum
tandem dilatentur, unde sequitur Sanguinis er-
uptio cepante vero vi sordis et plethora levata
resse rursus contrahunt.

Sanguinem Uterinum a vi sordis premi exinde
constat, quod, si mulieri gravida abrupta sit
placenta, fetu interim in utero manente, tanta
sequatur haemorrhagia, ut eadem Mulier per-
eat quia nempe Sanguis a vi sordis urgetur
& uterus a fetu contento ita distenditur ut
vasorum ocula resse contrahere nequeant.

Idem quoque ex Lochiorum fluxu colligi potest.
 Quod si quaeratur, cur non semper ex Arterijs ista
 fiat Sanguinis effluxus, sed statis solummodo tem-
 poribus. R. Considerandum est Arteriarum fines
 esse quasi trifidos, sive in tres ramos divisos,
 quorum medius abit in Venam, laterales autem duo
 in Cavitates hiant, unus sive in glandulam, alter
 in Vasa Lymphatica; Primus Ramus Sanguinem
 crassiorem transmittit, reliqui duo quia teneriores
 & exiliores subtiliorem ejus partem; ponatur
 jam Obstacleum in Venis (sive a Plethora) sive
 pressio major solito in Arterijs, debent inde
 lateralia Vasa rousque dilatari, ut qua antea
 non nisi Lympham, jam Sanguinem rubrum
 admittant, quia sunt tenerioris Structurae et
 hiant in Cavitates ubi nullum est obstacleum
 impetui resistens; secus se res habet respectu
 rami medij; Quamprimum vero Obstacleum
 illud in Venis tollitur, sive pressio & vis sordis
 imminuitur, (quam sive copia Sanguinis ope
 fluxus imminuitur) vasa illa lateralia se
 contrahunt, denus, & Sanguis in Venas abit.
 Illustrari hoc Argumentum potest exemplo
 tunicae Oculorum exterioris cornea, quae in
 statu naturali omnino albescit, Solis vero
 Arteriarum laterales vasculis ad illam abe-
 untibus; quod si obstacleum aliquod ponatur in
 tractu ad Venam, uti si illa comprimatur, aut si finis
 Arteriae obstruatur aut contrahatur, ita ut Sanguis
 ex Arteria in Venam prompte fluere nequeat, & gr-
 si arte constringatur (illum) Vasa illa cornea-
 tunicae antea inconspicua jam conspicua fi-
 ent a pressione ista quia Sanguis in Venas
 fluere impeditus in lateralia urgetur, dempto
 vero obstacleo rubor evanescit.
 Par ratio est in Vasis uterinis, ubi dantur Vasa
 Lymphatica, sive minima extremitates Arter-
 iarum in Uteri cavitatem hiantes.
 Effluere vero hunc Sanguinem ex Vasis Lat-
 eralibus illis (quae in naturali suo statu non

Sanguinem sed humorem pro partium labri-
 catione recipiunt) dilatatis, patet ex Kochis,
 qua sensim colorem suum sanguineum remittunt.
 Videndum iam est quanam sit causa primæ erup-
 tionis Mensium in Puercula; utq; verbo uno
 expediatur, nihil aliud est qm Plethora; hæc
 inde ortus, quod in Virgine a natiuitate
 usq; ad pubertatem Sanguinis vi viscerum con-
 crete copia quotidie augetur; tale etenim
 augmentum omnino necessarium est ad Vaso-
 rum maiorem distensionem Virginisq; incre-
 mentum; postq; autem illa ad limites suo
 incremento prestatutos pervenerit, ita ut
 Vasa ulterius distendi & dilatari non possint,
 necesse est ut orratur Plethora ab isto Sang-
 uinis incremento, quod adhuc manet; nam
 nulla est ratio cur illud ceperit, cum vis viscerum qua
 conficitur ad ea non minuatur ut augetur po-
 tius Sanguis itaq; superfluis excipi debet
 per Vasa minus resistantia, qualia sunt Uter-
 inas, alias egrotabit Virgo.

Si queratur, unde sit quod fluxus in menstrui
 non Viris cum feminis sint communes? R. q
 Viri incrementi sui limites serius attingunt
 qm femine simulac vero ad istos pervener-
 int, etiam in ijs excretis aliqua satis tem-
 poris augetur; Ex Observatis enim Sanctonij
 constat, quod singulis mensibus in Viris con-
 tingat Plethora, qua sive largiori Sudore,
 sive Urina, sive alia excretionem tollitur; Simile
 quid mulieribus, quibus Menstrua non flu-
 unt, quandoq; contingit indeq; sana caruer-
 vantur.

Notandum porro omnes feminas minori Dia-
 phoresi gaudere quam Viros, quibus autem
 feminis copiosa valde sit Diaphoresis, uti
 Virgibus, illis menstrua non omnia aut
 saltim parca admodum fluunt; illæ vero
 que sunt lævo & frigido corporis habitu,
 vitamq; otiosam adqunt, Menstrua ut

plurimum copiosa habent.

Theorem: Quo sumus propiores Origini
nostra, eo vis premons sordis magis praevalet
resistentia omnium Vasorum corporis simul;
patet hoc ex incremento Animalium, qua
magiori proportione crescunt in teneris
annis, quam in Etate magis procreta.

Hinc Corpus illud cujus incrementi terminus
propior est suae origini debet ceteris partibus
habere vasa laxiora & molliora, q^m illud cujus
incrementi terminus ab origine magis est
remotus, cum itaq^{ue} Feminae citius ad aetatem
perveniunt q^m viri, necesse est ut habeant
Vasa magis quoq^{ue} explicabilia & molliora.

Videndum jam porro cur Sanguis super
flui in Mulieribus determinatus fiat ad
Uterum; constat quidem id inde fieri, quo
niam in Muliere ad incrementi sui incremen
ti appropinquante nullibi in Vasis minor
est resistentia q^m in Abdomine, ibiq^{ue} nullibi
minor quam in pelvi, ibiq^{ue} nullibi minor
quam in Utero; Mulieres enim habent pro
ratione magnitudinis Abdomen longe magis
extensum & expansibile quam Viri; in horum
etiam pelvi continentur solummodo Vesica
& Intestinum rectum, praeter quae in Muli
erum pelvi continetur quoq^{ue} Uterus; Harumq^{ue}
Pelvis ordinario capacior est, q^m respectu
contentorum esse requiritur; praeterea cum Ves
ica quolibet momento liquidum suum recipiat,
& Intestinum rectum pariter suum, Uterus
autem nihil, patet in Utero minimam esse
resistentiam.

Porro nulla pars est in corpore muliebri nota,
in quam Sanguis à tot diversis locis influit
ac in Uterum; à tribus enim diversis fonti
bus diversae Arteriarum extremitates in unum
hic loci coeunt. Vid. Instituta D. Boerhaave
Accedit hinc, quod toto tractu Uterino

Vena valvulis destituantur, nec suppleatur
earum defectus per compressionem muscatorum
Sanguinem venosum propellentem; nulla enim
Corporis pars est quae musculis paucioribus cir-
cumpositis donatur; Omnis ergo Sanguis in venis
contentus resistit Sanguini ex arterijs adven-
ienti, atq; inde simul ac copia paulo majori
adest, versus loca minus resistentia urgetur.

Tria jam cognoscimus causarum genera, quibus
Sanguinis menstrui in muliere sana excretio
debetur, nempe

- 1o Plethoram.
- 2do Sanguinis superflui determinationem ad
lterum utpote partem minus resistentem.
- 3tio Vasorum lterinorum ad Excretionem apti-
tudinam.

Medicamenta itaq; Emmenagoga ad tres
Classes reduci possunt, quarum
Prima continet ea, quae Plethoram inducunt
Secunda ea, quae ad lterum determinant
Tertia Topica lterina aperientia.

Mulierem ergo menstruis suppressis laborantem
curaturus primo inquirendum est, an Materia
secernenda adsit, sive an detur Sanguinis Super-
fluitas: Si enim haec non adsit, Medicam-
enta secunda ac tertia Classis plus damni qm
commodi afferunt.

Plethora inducitur.
1o Omni Medicamento, quod facit ut ex cibo &
potu vi primorum Viscerum plus Chyli in venas
recipiatur quam requiritur ad Incrementum
sive Nutritionem Corporis, & ad yacturam resar-
ciendam.

2do Omni Medicamento, quod Viscera secunda
sive sanguifica, sive Hamatopoieica adeo afficit
& roborat ut Chylum in bonum Sanguinem ver-
tant
3tio Remotione causarum attenuantium & distanti-
um Sanguinem confectum.

Tria itaq; habemus diversa Medicamentorum
genera sub prima ^{Classe} Emmenagoga, viz Plethoram
inducentium, comprehensa; lterorum generum
Primum continet ea, quae vim viscerum primorum

sive Phylificationi dicatorum augent, quibus
etiam annumeranda sunt.

1^o Quae faeces inertes solvunt

2^o Quae solutas stimulo expurgant

Quippe notum est faecitates Intestinatorum mucos
quodam a glandulis ibidem secreto semper
collini, qui si spissescat & adhaereat, vascula
minima obstruit, Sicq; Phylli in Vasa lactea
transitum impedit, unde oritur inanitas
sive Atrophia Plethora contraria, Haec si
talis mucus adsit, ut Plethora inducatur
debet esse

3^o Solvi

4^o Expelli: Quapropter de ijs quae mucum
istum solvunt & expellunt prius agemus,
dein de ijs quae primorum viscerum vim
augent.

Quae Mucum dictum solvunt, sunt

1^o Omnia Gummi fetida aromatica Uterina dicta,
quae ob Viscositatem suam adherent & miscent
se pituitae ob Vires saponaceas, & tam solvant,
simulq; stimulant, ac eius propulsionem pro
moverint; Hinc Gummi Ammoniacum, Alfa fet
ida, Podellium, Galbanum, Myrrha, Sagapenu,
Opoponase ab omnibus uterina dicta sunt, haec
enim ingesta facile calore corporis nostri sol
vuntur, dumq; haerent soluta, eorum acere ex
halat, visceraq; stimulat, & detergit len
issime: Non ergo agunt vi aliqua Utero directe
dicata, sed qualitate sua dissolvendi, nempe
saponacea & aromatica nervis amica.

Curaturus itaq; Mulierem cui ex Plethora
defectu menses sistuntur, Sic prescribat,
℞ Gum: Ammoniac. Galban, Sagapen, Myrrh,
an*do*, olei stillat. Succin. rectificat. q.s. fi
ant pilulae sing. gr. iij. capiat Coera undam
omni bihorio de die: Hinc tum totus Tractus
ab ore usq; ad Anum erit quasi in perpetuo
lotu; Haec pilulae conveniunt ubi etiam Phylli
ingressus ob dictam causam impeditur, ut

impeditur, uti in Hypochondriacis.

Omnes Sales fixi sive Sacheriani, sive Alcalini; qui hoc peculiare habent, q̄ cito præterlabantur, unde pro tempore magnus est eorum effectus sed brevi cessat.

Huc pertinent Sales fixi compositi, idem. Borax, Ammoniacus, Tartarus, Vitriolum, Sal polyphrestus, Sal regeneratus, Ponnerti, & Huzus vel illius Salis G. Solvatur in aq. Rutæ G. M. Capiat Aqua cœchl: i post pilulas, sic se mutuo quæbunt.

3^{to} Omnes Sales Volatiles Alcalini, uti Sales volatiles oleosi, Spiritus Cornu cervini, urina, Sanguinis.

4^{to} Omnes Saponis, qualescunq̄ fuerint, ad Gummi enim naturam accedunt. Hincq̄ est q̄ Sapo ad Abortum & Menstrua præcuranda adeo decantetur. & Sapon: Venet. G. M. Bull: recent. Atri G. M. Asæ fetida G. M. fiant pilule sing: gr: iij sumat singulis Bihorijis unam. Hæc sunt primarum Viarum detersi va: Sequuntur iam

Quæ mucum solutum expellunt: Talia sunt Aloë, Rhabbarbarum, Colocynthis, Galappa, Sagapenum, Opoponace, et imprimis Bryonia alba; hinc Modici Nomen uterinorum dedere ab effectu, quoniam solunt simul et expellant. & Aloë opt: G. Resin. Galap gran xv Colocynth: gran: v (pro stimulo) fiant pilule, sing gran iij deaurantur, capiat tres sub Aurora ubi adsunt signa Soluta Pituita, & dormiat per horam unam vel alteram.

Videndum iam est, quænam visceribus primis maiorem vim conciliant ita ut Bonum Phylum conficiant, & in Vasa lactea propellant.

Vim primorum Viscerum augent omnia illa, quæ fibrarum vim contractilem augent, istam vero vim contractilem augent omnia, quæ fibras magis rigidas reddunt, Talia sunt

Medicamenta astringentia, ut
 1^{mo} Chalybs; nihil enim in hoc casu plus con-
 ducit, praesertim si sub ea forma datur ut Lan-
 guini non admisceatur, sed in Solida agat
 fibras corroborando; Si enim Languini per-
 miscetur fit summum coagulans, et quidem
 cum hoc regimine optime agat & fibras
 corroborat optime prout inde constat, quod
 ex eadem assumpta statim mutetur color pal-
 lidus in rutilum, pulsus languidus in fe-
 rilem fere; obtinet vero ejus usus, cum rigi-
 ditas Viscerum deest, et Pituita copia adest.
 Si acidum abundet sumi debet in Substantia
 sive Vinaturâ; Si vero Mucus iners & non acidus
 predominetur, exhibeatur in Vino Rhenano
 sive Aceto; Aliae Preparationes sunt mere
 Muges.

2^{do} Praeter Martem huc pertinet Cortex Peruv-
 ianus quacumque forma datus, qui locum à
 Chalybe procerum obtinet.

3^{to} Huc facit Rheum tam Ponticum quàm Barbaticum.
 4^{to} Tamariscus, & imprimis ejus Radix Cortex

5^{to} Capparis, indeque composita.
 Hinc patet summe adstringentia evadere posse
 Emmenagoga.

Sequuntur Exempla pro Formulâ.

Ubi Acidum predominatur, quo cognosci
 potest esse appetitu rerum incongruarum et
 insolitarum, ructibus acidis, torminibus cum
 frigoris sensu, ructibus, nidorosis post sum-
 ptum acclum). R. Vinat. Ferri in Mortar.
 vitri. diu triti ℥ij. extract. Rheii ℥i. corti-
 cis Peruviani ℥ss. fiant Pilula sing. gr. v.
 capiat unam omni b. horio.

Quod si Acidum non abundet, Chalybs in
 Substantia data plerumque angores, vomitus,
 Diarrhaas, tormina excitat, tum enim
 non dissolvitur sed stimulando solummodo
 agit; hoc itaque in Casu & Vini Rhenani

Capere Prae

pint ij. Phalybis contrit. ℥i. Corticis Peruvian
℥i. Lem topore macerentur per horas 24;
vacuo Stomacho ter de die una hora ante postu
sumatur ℞ss

6to Huc pertinent calida illa Aromatica stim
ulancia que inter distillandum plurimum olei
acerrima prabent, ut Arbor Vitae, Sabina, Ruta,
imprimis montana, Rosmarinus, Pulegium —

Pi: Penny-grass
Mat: Pebrifera

Secundum genus Medicamentorum Plethoram
inducentium continet ea que vim Hamato
poicam in corde & Vasis sanguiferis augent;
Vis hae non alia est quam Vasorum Vis os
cillatoria; haecq; augetur iisdem medicamen
tis, quibus vasis primi generis sive Phylifi
cationi inservientibus prospectum fuerat.
Omnia ergo que Phylificationem promovent
Sanguificationi promovenda sufficiunt; im
possibile enim est, si vias emendari quin
simul emendentur secundae, nec emendari
possunt secundae primis non emendatis;
Huc accedit motus Corporis in Aere libero.

Primum genus Medicamentorum Plethoram
inducentium continet ea, que Sanguinis con
fecti nimiam consumptionem et diffipationem
impediant; vitanda itaq; sunt omnia illa, que
Sudores aut nimiam perspirationem producent.
Secunda Emepagogorum Classis ea, que San
guinem Plethoricum ad uterum determinant;
continet; & talia sunt omnia illa que resist
entiam in Vasis uterinis minuunt, simul &
in alijs augent.

Resistentia Vasorum Uterinorum minuitur
duplici modo, nempe.

- 1o Vasa ista laxando.
- 2do Reflexum Sanguinis a venis inferioribus
versus se accelerando.

Medicamenta itaq; hujus 2ae Classis in duo gen
era dividemus, quorum

I^{um} Continet ea que Vasa Uterina laxant,
qualia sunt.

1^o Omnia Balnea tepida ad Umbelicum usque applicata, hac etenim ratione partium inferiorum Vasa laxantur, dum Superiorum Vasa per Aeris frigus contrahuntur, praesertim si superius corpus in frigida viscera collocetur.

2^o Calor quilibet externus partibus inferioribus applicatus

3^o Unguenta quae constant ex pinguis aromatis oleosis & Salinis, uti Martiatum, Nervinum, Arthriticum &c. haec pedibus cruribus, inguini illita plurimum prosunt.

Hic pertinent Emplastra laxantia & calefacientia imprimis ex gummi fetidis parata, quae Vasa laxant simul & humorem perspirabilem coercent unde sequitur maior calor specie Balnei perpetui.

Huc quoque spectant plantae illerinae, inter quas praestant Ruta, Sabina, Juniperus, Arbor Vitae, Majorana, Pulgium, ex quibus Balnea, Cataplasmata, Unguenta et emplastra fieri possunt.

II^{um} continent ea quae sanguinis refluxum à Venis inferioribus versus per accelerant, uti

Omnes frictions ab imo pede usque ad Inguina continue calidis siccis q̄ linteis per horam singula vice.

2^o Motus Umbulatorius, Musculi enim tibiales, crurales, femorales, frequenti actione sua venas suas plurimum comprimunt, & Sanguinem superiora versus pellunt.

3^o Saltationis Motus, qui tanti est momenti ut Hippocrates eum dicat Abortum procurare

Haec omnia Menstruorum efflucium procurant auferendo resistantiam in Venis; Ea etenim sublata, Sanguis majori copia fluit versus istas partes, unde maior fit pressio Sanguinis in Vasa lateralia, indeque sequitur quidam excretio.

Tertia Emmenagogorum Classis continet eas quae Vasa uterina ad excretionem disponunt, uti

1^o Vapores aquae simplicis calida inferioribus corporis partibus applicati

2^o Potus laxantes per Spongas sive linteamina applicati inguini, Perinae, Vaginae

Hypogastrio

Huc etiam pertinent Cataplasmata, Emplastra, Peperia, Similiaque constantia ex Calceantibus quorum materia ex superiori de Calceantibus doctrina petatur.

3^o Sic admodum commendatur Vapor ex Aëribus quibusdam, uti ex Salibus alcalinis, urinis, in Uterum receptus; qui tamen periculo non caret; vehementer uterum irritat, sumamque contractionem fibrarum uterinarum excitat, cum prudentia itaque Vapor huiusmodi debet applicari, sepe enim sternilem reddit Uterum, & horrendas contractions & Spasmos inducit; est enim talis Vapor acerrimus, Uterum inflammans, unde facile Gangrena sive Schirrhus; Utero autem violenter inflamato totum genus nervosum spasmodicum fit: Qua propter si Vapor talis in usum vocetur, summa adhiberi debet cautio ne nimis acer sit; Sufficiat ergo Vapor qui ex Spiritu Salis Ammoniaci paucis & multa aqua comixtus et tepidus vocatur, nequaquam vero adhibeatur vapor iste acerrimus, quem Empiricus quidam excitare solebat in hunc usum commiscendo Urinam & calcem vivam usque ignem supponendo.

Sorrollaria

I^{um} Hinc patet Aristolochica esse Uterina Fortissima; Supponitur enim Plethora hic jam pressens & determinata ad Uterum; alia non opus est Sobria movere

II^{um} Rebolica sunt eadem, sed fortiora, quibus si adjuvantur Sternutatoria fortissime agunt.

III^{um} Abortiva sunt que Uterum aperiant, fatumque & Placentam expellunt; talia sunt
1^o Hippia Languinis Copia

2^o Omnia determinata fortiter ad Uterum.

3^o Quae violenter Uterum constringunt, Huc referendus Vapor Salis Ammoniaci Uterolyticus vide excerptus, quo non est fortius Abortivum, tamen Periculum inde est. vid: Supra.

4^o Omnia Rebolica.
Abortiva caute adhibenda sunt, nam omnia

sunt corpori nociva, & non solum fetus sed etiam Matris cum periculo propinantur

Tertia Classis

Medicamentorum que in Solida et Fluida simul agunt.

De Aperientibus.

Medicamenta aperientia sunt que meatus obstructos aperiunt; Horum tres Classis sunt, quarum Prima continet ea que Vasa laxant, de quibus antea

Secunda continet ea que liquida attenuant, & solvunt ac diluunt, de quibus hæc tenus.

Tertia continet quicquid, postquam Vasa laxata sunt, & liquidum attenuatum, utraq; in motum agit, & circulationem promovet.

Ad aperiendum quippe Vas aliquod obstructum, hæc tria necessario requirantur, primo ut Vasa laxentur, dein ut Mæterios impacta resolvatur aut saltem diluatur, postremo ut Circulatio in isto Vase promoveatur.

Hinc patet quam temerario aperiunt nonnulli Aperientia specifica dari; qualia esse dicunt Scordium, Marrubium album Spiritum Salis ammoniaci &c.

De Discutientibus

Discutientia sunt que liquidum vel in Vasis vel extravasatum stagnans aut coagulatum dissipant sine solutione sensibili continui in externis, Hæcque tot sunt, quot sunt Stagnationis aut extravasationis Causæ.

Stagnat in Vasis liquidum & Gumor fit, 1^o a Rethora, tuncq; tumor ruber fit, tali in casu summe discutiens est evacuatio liquidis, q; stagnans à tergo urget; ergo Vena Sectio tumores rubros tollit.

2^o Fit talis Gumor ex Inflammatione, quo in casu eorum discutiens est

(A) Quicquid Vasa laxat

(B) Quod Vas laxatum varie movet applicando nimirum potentias motrices valde contrahentes & dilatantes. Hoc igitur fit

mittendo Languinem, & frictionibus veteris.

(X) Quicquid Vasa deplendo liquida revellit, res
olvit, attenuat, et diluit.

3^{to} Tumor oritur ex frapitioe coacti sive coagu-
latae Liquidis, humediscuntet Apertione solutrodo
Liquida extravasata discutuntur, quando in
Vasa sua rursus adiguntur: Hoc autem fit
1^o Vasa Absorbentia liberando quantum fieri potest,
a liquidis distendentibus, (haec Vasa Absorbentia
à Viussens in plurimis visceribus per Microscopia
detecta sunt, & terminant in Venas eodem modo
ac Vascula excretoria oriuntur ab Arterijs. Vid
system nov: Vasorum) quod fit summa Languinis
impione, vel Hydragogorum usu, ubi Vasa Sec-
tio non est permessa; quae dus non debilitat
ant hoc in Casu sed reficiunt potius, Equi-
dem hoc in Casu plurimum prosunt; si modo
simul adhiberi possint.

2^o Omnibus, aperiuntibus

3^{io} Vi externa premente sive siccante corpori
applicata.

13^o Discutientia contra Schirros nequaquam valent
Et Emollientibus

Emolliens est omne illud, quod partem corporis
nostri induratum, & in unam molem compac-
tam in priorem statum liquidis contenti & sol-
idi continentis reducit.

Induratio in Corpore nostro fit tribus praecipue
modis, nempe

1^o A nimia liquidorum coactatione et pressi-
one, haec enim ratione partes fluidissimas ex-
primuntur, & craffiores in molem compactio-
rem adiguntur; hinc Vasa partem inanitebre
visimo spatio in unum conerescunt, vel crassa
stagnantia seu impacta cum suis concre-
sunt vasis

2^o A coagulo quod a propria liquidorum na-
tura oritur; tale enim coagulum dari potest
ex Albumine Ovi, quod ab igne coagulatur, licet
testa maneat inclusum.

3^{to} Acoagulo superinducto mistura alieyas
 corporis coagulantes.

Emollientia sunt vel interna, vel externa.

Interna sunt quae usurpantur specie palatus
 suffumigij, injecti, deglutiti; talia sunt

1^o Aqua in Vapore soluta, quae nihil plus emollit,
 se non debet esse nimis fervens, tunc enim
 constringit, sed calida, & tam maxime emollit,
 ut patet in Opibus philosophice calcinatis,
 quae plus a vapore q^m a coctione emolliuntur.

2^o Juscula ex omnibus animalium partibus,
 praesertim ex Mesenterio et Intestino.

3^{to} Vitelli ovorum crudi, qui, licet nullam ha-
 bent acridinem, tamen resinas & gummas sol-
 vunt.

4^{to} Decocta omnia in farinaceis blandis im-
 primis frumentaceis, quae expressa dant Oleum
 blandissimum, benignitate Oleum Amygdal-
 arum dulcium referens, ut Secale, Triticum,
 Avena, Hordeum, Milium, Pisach, imprimis eorum
 farina, ut Semina quatuor frigida majora et
 minora.

5^{to} Decocta ex herbis mucosis farinosis quae
 insipida fere sunt; tales herbae sunt omnes
 Malvarum species, Boracea Ursina, Verbascum
 Parietaria, Mercurialis, Violaria, Glycyrrhi-
 za, Papaver erraticum, Saponaria, quae omnes
 cognoscuntur ex lentore Succi sui

6^{to} Decocta ex similibus fructibus mucosis
 dulcibus, uti sunt Jucus, Sebesten, Uva Corin-
 thiaca, Papula major et.

7^o Succi Plantarum non acres, ut Mel, Sacchar-
 um, Sapias Manna,

8^o Olea expressa fere insipida, ut Amygdalar-
 um dulcium, Coco, Pistach: Seminis Papaveris
 albi, Hyoscyami, Olivarum, Lin, Nucum Ju-
 glandum,

9^o Cremor Lactis dulcis, & Butyrum recens.

Emollientia externa eadem sunt, sed appli-
 cata forma. Vetus, Unguenti, Potus Bal-
 nei

Vaporis, Cataplasmatibus, Emplastris, Embrocationibus.

Vitae sunt pinguis, Phyllosa, medullosa compacta corpori illita, uti Medulla Opium.

Unquenta sunt Vitae eraptores constantes ex oleis quibusdam & pinguedine

Spotus sunt Decoeta per Corpora spongiosa calide corpori applicata

Cataplasma est ipsa emolliens aqua coctum & corpori applicatum.

Emplastrum est simile quid in maiorem consistentera redactum

Embrocha est Illucidium instar pluvii in partem cadens.

Horum omnium Emollientium nullum plus praestat quam vapor calidus Animalis recentior deprecti, uti si Brachium mittatur in

Corpus Animalis recentior maectati, quod remedi nullibi plus in usum vocatur quam in Italia

Haec omnia id boni habent, qd etsi, ^{ad} indurata applicentur, nunquam tamen nocent, cum Aperientia & Sape augent inflammationes, Tschir

roq. et Caneros generent.

De Astringentibus.

De his, ut et de Ferrisporantibus in Historia Solidorum actum est sub titulo Contraheptia,

in Historia fluidorum sub titulo condensantibus, Coagulantium & Incraspartium

Haec vero considerantur Astringentia quatenus Vasorum vim contractilem augent simul & Liq

uida inspissant, & talia sunt omnes fructus immaturi, hi enim fibras accurtant & liquida condensant

Indurantia sunt eadem cum Astringentibus ac proinde non necesse est ut de his, aliquod dicatur

De Detergentibus,

Emundantibus et Exsiccantibus.

Detergentia sunt, quae corpori applicata alienum aliquid adhaerens removere possunt absque Corpore lesionis cui adhaeret.

Aliudnum Corpus vocamus quod non potest unam

corpus cui adheret constituere, uti est grum
Sanguinis vulneris lateribus adherens; debet
autem propter tenacitatem adherere, nam latta
sive Spina in haerens huc non spectat.

Detergentis itaque Medicamenti Objectum nullum
est nisi tenax, vidg. necessario est ex Oleo indurato,
alia enim indurata sive coagulata non adherent
propter viscositatem aut tenacitatem.

Detergens ergo debet primò dividere illud ten
ax, deinde in talom statum reducere, ut ab aqua
solvi & abluvi possit cum vero sit Oleum, cum
aqua non coit. Macula enim oleosa in Verte
aqua sola nequaquam abluatur, eadem vero, si
vitello ovi fricetur cum aqua postea facile mis
ceri potest & reduci.

Huc ergo faciunt omnia Saponacea et Sicciva
summe alcalina; Haec bina disponunt tenax ad
miscendum cum aqua.

Saponacea sunt omnia olea quaecumq. cum Salibus
commista. Haec vero si interne applicentur, debent
esse lenia, alias erodunt; sunt autem duplicia, nempe
1^o Nativa; inter quae primaria sunt. Haec, Mel
Manna, Copia, Saccharum, Lac omne blandum, Virg.
stabilium, uti Lactuca Intybi Cicorisi, Taraxaci,
Georgonera, et Succus Sapporae.

Huc pertinet Animalium Bilis, quae in Ulceribus
glutinosis sordidis optima est; huc quoq. spectat
ovi Vitellus, qui optimus est modo bilis paulatim
admisceatur.

2^o Artificialia, uti Sapo Venetus, niger, Salvo
latile oleosum, Tartarus regeneratus Penneri,
Tinctura Tartari ex Sale fixo cum Spiritu vini.
Elisciria ex Salibus Alcalinis & aqua composita.
Emundantia sunt, quae detorquent & abluant simul
per vehiculum aquosum: Huc ergo referuntur
omnia quae vi propria eliquant id quod ad
haeret, idemq. per vehiculum aquosum deluant
& expellunt.

Erodentia sunt, quae non modo tenas ad
haerens, sed etiam semi corrupta, &amenta Pa
sorum usq. ad Carnem vivam resolvunt, debent

autem Carnem vivam intactam relinquere, alias
caustica sunt.

197

Erodentia ergo sunt

1^o Omnia dolorem excitantia, quae ante descripta s^t.

2^o Attenuantia, Resolventia, Putrefaciuntia.

Si Ulcera mali moris (quae semper in pinguedine
haerent, ibi enim facile serpunt & dicuntur Phag-
adomica) sint curanda, in ijs nil proficere possumus,
nisi liquida per interna valde moveantur et tra-
pellantur, & separatio fiat per corrodentia exter-
na, inter quae praecipua sunt Mercurialia pre-
cipitata & sublimata; parva eorum copia ap-
plicetur, superimposito Emplastro calefaciente,
sequenti die tollatur quod patrefactum est, et
de novo applicetur Mercurius usque dum omnia
consumantur, quae consumi debent, id est, donec
glandulae omnes pinguedinose infectae aufer-
antur.

Si propter fetorem inde ortum aliquis à Mercurij
virtu abhorreat, adhiberi possunt Spiritus urinae
volatiles cum capro in iisdem soluto; Haec solu-
tiones quae optima est, tangatur Ulcus; vel eius
loco sumatur Elixir pptis cum Sale Tartari pre-
paratum & pura aqua.

De calefacientibus.

Calefaciens est, quae corporis calorem auget; cuius
operandi rationem ut melius percipiamus, non
nulla de calore sunt praemittenda.

Quicquid eorum frigidum fit calidum ideo incalescit
vel quia ignis ei actu applicatur, vel quia motus
ei inducitur per calorem ad attritum producendum
tria sunt necessaria; nempe

1^o Corporum contactus.

2^o Corporum Motus

3^o Corporum ad se invicem pressio.

Haec tria nisi concurrant calor nequaquam produ-
citur, contactus enim corporum ab^{se} motu & pressi-
one sive attritu non facit calorem; attritus quon-
iam levis, i.e., absque corporum versus se invicem pressi-
one notabiliter nullum excitat calorem saltem
sensibilem.

Hinc sequitur.

auget est calefaciens, proinde

Prima Classis calefacientium internorum continet omnia illa, quae vel solida stimulantur vel liquida movendo circulationem *augent*, qualia sunt omnia aëria; Sic Spiritus vini quatuordecimus stimulat est calefaciens.

Coroll: I.^{um} Si in corpore nostro vasis et liquidis ejusdem mantibus calor augetur, plane indicat hoc motum projectilem quoque auctum esse.

Theor: II.^{um} In corpore nostro vasis et motu projectili ejusdem mantibus, Si liquidi densitas augetur, augetur quoque calor, per Axiom. I.^{um}, II.^{um} et quartum. Hinc

Secunda Classis calefacientium internorum continet ea quae condensant fluida, hinc frigus calefacit plus quo plus agit, si modo non supprimat omnem motum; condensat enim liquida nostra, hinc post magnum frigus externum semper sequitur major calor internus; et observavit Hippocrates ventres sive cavitates liquida continentis calidiores esse Hyeme quamestate.

Coroll: II.^{um} Si vasis & motu projectili ejusdem mantibus calor augetur, plane indicat liquidorum densitatem auctam esse. Remediis sunt Rarefacientia.

Theor: III.^{um} In corporibus nostris liquidis & motu projectili ejusdem mantibus, Si vasa coarctantur, augetur calor, per Axiom. I.^{um} Hinc

Tertio Classis calefacientium continet,

1^o Omnia quae Vasa comprimunt ut Vestes arctae, Stragula densa, Aer gravis, aqua frigida ambiens, et frigus: ideo quicumque haemorrhagis obnoxius est, haec quantum fieri potest, vitare debet.

2^o Quae vasa contrahunt, vid: contractentia.
3^o Quae extorment vasa obstruunt, modo motum sanguinis non impediunt.

Coroll. 3^{um} Si Liquidis & motu projectili iisdem manentibus calor augetur, Vasa aetiora fi-
ant necesse est, Hinc valde imminutis liqui-
dis calor tamen perstare potest in nonnullis
morbis, ut in tabidis; Omnes enim Febrici
ob calorem exsiccantur, unde fibre eorum sunt
rigidissime & contractissimae, et ob Marasmi
plurima illorum Vasa concidunt, qua propter
in reliquis liquidum licet illud quoque imen-
tum sit valde coarctatur.

Coroll. 4^{um} Si Velocitas Liquidum eiusque moles
simul auquantur reliquis iisdem manentibus,
erit calor in ratione composita utriusque, et
generaliter, si praedictorum duo quaevis au-
quantur tertio eodem manente, crescet calor
in ratione composita duorum auctorum.

Coroll. 5^{um} Si Velocitas et Moles Liquidum
nec non Aretatio Vasorum simul auquantur,
Summus oritur calor.

De Frigefacientibus.

Frigus in Corpore excitatur per causas oppo-
sitae calefacientibus; ergo Frigus externum
fit.

1^o Applicatione corporum frigidorum, haec
prout docet Experimenta eo magis frigescent
quo solidiora sunt; Sic Aqua frigida plus
frigefacit quam Aer frigidus, Pulvis ex Aqua
simplici minus frigefacit quam quae ex
Aqua salina sunt.

Huc referenda sunt Venti Libra et Venti
qua Corpus frigefaciunt, quatenus Atmos-
phaera partem proximam nos ambientem
remouent, aliquamque substituunt; nam At-
mosfera portio qua Corpus aliquod cal-
idum proxime ambit semper calidior
est portionibus istis qua magis sunt re-
motae.

2^o Omnium exteriorum in Corpora nostra
attritum tollendo.

Frigus internum fit

1^o A frigore externo

2^o Tollendo sive minuendo tertium partium,
internarum, solidarum & fluidarum inter se, hinc
Corpori majus frigus conciliari non potest
(deemptis causis externis) qm̄ quod a morte fit.
Theorem: Iumq; Corpore nostro vasis & liquidis
ijsdem manentibus, Si motus projectilis minu-
atur quoq; calor, sive augetur frigus, per
actionem 2^{am} hinc

Prima Classis Frigefacientium continet ea, quae
motum projectilem minuunt; Hic autem de-
pendet à Solidorum vi contractibili, eaq; à
Stimulo solidis applicato; quo etiam hinc ma-
jor fit vis Solidorum, et e contra: Quicquid
ergo Stimulantium vires destruit, pro Re-
frigerante habendum est, unde

1^o Omnia Diluentia frigefaciunt, uti Aqua,
Serum Lactis, Hydragala, quae omnia calide
assumpta plus agunt penetrando, et locoando.

2^o Obtundentia, sive quae acrem Stimulum
infringunt, qualia sunt omnia Acida respec-
tu Alcalinorum, et Alcalina respectu Acid-
orum: hinc si Calor ab acido fiat, uti saepe
in Hypochondriacis, Alcalia erunt refriger-
antia; et si Aere oleosum sit causa caloris,
Saponacea refrigerabunt, hinc salx in aqua
soluta est refrigerans respectu Aeris
muriatici; et Saponacea acida, respectu
Alcalinorum oleosorum. Acida Saponacea sūt
Succi fructuum horaeorum recentior expresi.

3^o Involventia, i.e. quae acris Stimulantia
involvunt; Talia sūt omnia oleosa blanda Veg-
etabilium, gelatinosa, farinacea, terrestria
pinguia, hinc Hyena optime refrigerat.

4^o Expellentia, i.e. quae Stimulantia impacta
excutiant et extra corpus extruant; hinc hoc
in Casu frigefacientia sunt ea, quae in se con-
siderata calefaciunt, uti Vomitoria, Purgan-
tia, Diuretica, Diaphoretica.

Theorem II^{um} In Corpore nostro ceteris omnibus
ijsdem manentibus, Si Vasa minus sunt clasta
ea, orietur refrigeratio, per Associonem 2^{um} et 3^{um}
hinc.

Secunda Capis frigescentium continet Causa
antia, indeq; reddi potest ratio, cur Balnea re
frigerant.

Theor III^{um} In corpore nostro reliquis ijsdem
manentibus, Si liquidi densitas maneat, min
uetur quoq; calor, per Associonem 2^{um} 3^{um} et 4^{um}
Densitas liquidi minuitur attenuando & dilu
endo, hinc.

Tertia Capis Refrigerantium continet Allen
uantia et Diluentia; qualia sunt omnia aq
uosa, & Nitrum, quod maxime attenuat, hincq;
omnes planta Nitrosa sunt optima.

Hinc patet, cur in Morbis inflammatorijs ubi
Sanguis est densissimus, attenuantia adeo laudantur.

Theor 4^{um} In Corpore nostro reliquis omnibus
ijsdem manentibus, Si vasa capaciora reddantur,
minuetur calor, per Associonem 3^{um} hinc.

Quarta Capis Refrigerantium continet omnia
illa, que vasorum capacitatem augent; qualia
sunt Humectantia, Lascantia, Aperientia, &
obstruentia.

Hinc reddi ratio potest cur in Montium sum
